# MISCELLANEA

# PHILOSOPHICO-MATHEMATICA.

*Favete, adeste aequo animo, & rem cognoscite,*
*Ut pernoscatis, ecquid spei sit reliquum.*

Terent. Prolog. Andr.

# MISCELLANEA

## PHILOSOPHICO -- MATHEMATICA

## SOCIETATIS PRIVATAE

### TAURINENSIS

## TOMUS PRIMUS.

AUGUSTÆ TAURINORUM,

EX TYPOGRAPHIA REGIA.

*MDCCLIX.*

A SON ALTESSE ROYALE

MONSEIGNEUR LE DUC DE SAVOYE.

# MONSEIGNEUR

*L'Ouvrage que nous avons l'honneur de vous présenter est le prémier fruit des tra-*

*vaux que nous avons commencé ſous vos Auſpices, & la protection que V. A. R. veut bien lui accorder, d'autant plus flatteuſe pour nous qu'elle eſt éclairée, préviendra le Public en ſa faveur. La ſupériorité des connoiſſances qui vous diſtinguent dans le rang élevé où vous êtes placé, vous fait appercevoir ces liaiſons ſecrettes, & ces rapports qui échappent au commun des hommes, par leſquels les ſciences les plus abſtraites conduiſent ſouvent aux plus utiles découvertes pour la Societé; c'eſt de ce point de vuë que vous vous intéreſſés à l'avancement des ſciences, & qu'en daignant jetter un oeil favorable ſur ceux qui les cultivent, vous nous retracés les grandes qualités qui brillent dans NOTRE AUGUSTE SOUVERAIN.*

*Puisse, MONSEIGNEUR, ce prémier essai répondre à son objet, & être en quelque façon digne de vous : ou puisse du moins nôtre exemple inspirer à des talens supérieurs le désir, & le courage d'y satisfaire plus amplement. Pour nous, il nous sera toujours assés glorieux de pouvoir vous offrir nos respectueux hommages.*

*De V. A. R.*

MONSEIGNEUR

*Les très-humbles, & très-obéissans Serviteurs*
Saluce, De La Grange, Cigna.

*Imprimatur*. Provic. S. Officii Taurini.

V. Berta LL. AA. P.

*Se ne permette la Stampa*

NICCOLO' DI QUAREGNA per la Gran Cancellaría.

DE IIS, QUAE IN SOCIETATE
ACTA SUNT

# COMMENTARII

A JOH. FRAN. CIGNA

CONSCRIPTI.

# DE BELLINIANO PROBLEMATE,

## SEU

## DE OVORUM ELIXATORUM CICATRICULA.

CUM ova lampadis calore foveremus, parata machina ad imitationem illius, quae in Berolinensis Academiae monumentis describitur (*a*), praecipuos Auctores consulebamus, qui de ovo, aut formatione pulli commentati fuerant, ut eorumdem lectione studia nostra dirigi possent, & adjuvari. Inter hos Bellinum quoque adivimus, penes quem cum praeclara multa, & laude digna reperiremus, tum illud in primis admirabile nobis videbatur, quod nomine belliniani problematis solemne est: cicatriculam, dum ova elixantur, e superficie vitelli in centrum abire, idque



(*a*) An. 1749.

eo magis admirationem nostram excitabat, quod in incubatis ovis rem aliter se habere, & cicatriculam post elixationem remanere in superficie Bellinus ipse traderet: tenebamur itaque desiderio, ut rem miram nostris oculis intueremur, cui ut satisfieret, ab incubatis ovis exordium duximus. Horum unum elixatum cortice, & albumine nudavimus, & cicatriculam cum contento pullo ad vitelli superficiem revera invenimus paullo infra obtusum ovi verticem medio, ut solet, inter *calazas* loco, & tenuissimae albuminis parti subjectam esse observavimus, quae omnia diligentius a nobis adnotata sunt, ut eo facilius in posterum, si quando opus esset, cicatriculam reperiremus. Observata cicatricula vitellum per centrum secuimus, & in centro ipso praeter omnem expectationem corpus invenimus albidum, tenerum, quale nempe nomine cicatriculae ad centrum latae in ovis non incubatis, & elixatis Bellinus descripserat: & hujus quidem corporis cum belliniana cicatricula omnimodam similitudinem declaravit comparatio, quae cum cicatricula ad centrum recentis ovi elixati inventa instituta fuit: quae cum omnium, ut inquiebam, expectationem fefellissent, in caussa fuerunt, cur nostrum aliquis hujusmodi dubitationes proponeret. An non caussa, quae in ovis non incubatis, dum elixantur, cicatriculam ad centrum pellit, id multo magis in incubatis efficere deberet, in quibus incubationis calore cicatriculae nexus resolvuntur, atque laxantur? An non fieri potuit, ut in ovis non incubatis cicatricula ad vitelli superficiem posita ob parvitatem Bellini diligentiam effugerit, qui dum ubique eandem sollicite perquireret, in corpus album inciderit in centro vitelli positum, idque corpus similitudine aliqua deceptus pro cicatricula habuerit? Enim vero si vera esset cicatricula in incubatis ovis, quorum cicatricula in superficie remanet, ad centrum neutiquam reperiretur. Quamquam porro hisce conjectationibus aliquam veri spe-

ciem

ciem inesse omnes faterentur, ne tamen iisdem leviter adeo indulgeremus, Bellini fides, & auctoritas illustrium Scriptorum testimonio confirmata, & ingenuus veritatis amor prohibebant. Statuimus itaque in non incubatis, elixatisque ovis vitelli superficiem omni diligentia perlustrare, ut experiremur, num forte hac in re Bellino feliciores esse possemus, secus arduam inquisitionem dimitteremus potius, quam ut magni Viri diligentiae, aut candori temere quidpiam detraheremus. Suscepta igitur inquisitio est in primis ab Equite Salutio, qui non leve industriae, ac dexteritatis suae hac in re specimen exhibuit; ostendit enim in plerisque recentibus ovis, quae elixari, ac indurari omnino curaverat cicatriculam ad vitelli superficiem adhuc haerentem; quam cicatriculam esse, tum ex situ demonstrabat, qui medius erat inter *calazas* paullo sub obtuso ovi vertice, & tenuissimae albuminis parti respondebat, ut in incubatis ovis contigisse diximus, tum ex figura, quae annulis conflata erat, & cicatriculam recentium ovorum non elixatorum plane aemulabatur, tum demum ex aliquali ejusdem prominentia supra vitelli superficiem, quam respondens indurati albuminis foveola recipiebat; adeo ut integro adhuc albumine exteriora ovi perlustrans cicatriculae locum certissime indicaret. Ad centrum porro albidum Bellini corpus perpetuo inveniebat, dummodo nec nimis parum, nec diu nimis excocta ova fuissent, quibus in casibus vel nullum, vel obscurius id corpus conspiciebatur. Haec cum saepissime omnium oculis Vir diligentissimus exhibuisset paullo liberius de belliniani inventi veritate dubitare caepimus, Auctoresque perquirere, si qui forte experimenta haec iterassent, aut illustrassent, ut ex illorum observationibus nostrae confirmari, vel refelli possent. Occurrebat itaque Cl. Balbi dissertatio bononiensibus commentariis inserta (*b*), in qua cum Bel-

 lini

(*b*) Tom. 2. par. 2. pag. 369. & seq.

lini experimenta renovasset problematis solutionem ex mechanicis principiis deducere conatus est. In illis autem experimentis observavit, postquam ova sex horae minuta in ebulliente aqua detenta sunt, cicatriculam adhuc suo manere loco, quamquam altius eo tempore vitellus obduruerit. Inde vero novum dubitationi nostrae fundamentum accessit; neque enim ullo modo concipere poteramus, quo pacto cicatricula per obduratum vitelli stratum permeare potuisset in tanta teneritudine, & integra deinceps ad centrum pervenire. Postquam novem horae minuta ova in ebulliente aqua Balbi detinuisset, cicatriculam in centro vitelli se reperiisse refert evidentissimam; sub-albidum scilicet corpus a Bellino habitum pro cicatricula; eo autem in loco de vitelli superficie non meminit Cl. Auctor, ut videatur Bellini fidei innixus corpus illud albidum, quod in centro repererat, pro cicatricula habuisse, omnemque adeo cicatriculam in vitelli superficie inveniendi curam abjecisse, utpote quam inutilem fore praevideret. Nos contra, quibus Bellini observationes jam suspectae erant, in ovis iis, quae decem, & ultra minuta in ebulliente aqua elixata fuerant reperta cicatricula ad vitelli superficiem posita, hanc comparabamus cum illa, quam in ovis, quae quinque tantum minuta elixata fuerant, Balbi deprehenderat, cumque omnino similem esse cerneremus, jam nulla supererat dubitatio, cicatriculam post quodcumque ebullitionis tempus nunquam a vitelli superficie recedere. Ad albidum corpus quod spectat in centro vitelli positum, tum in ovis non incubatis, quod Balbi observaverat, tum in incubatis, quod nostrae observationes nos docuerunt, non reperiri, aut obscurius cerni certum est, quando vel diutius, quam par esset, vel per brevius tempus in ebulliente aqua ova detenta fuerunt.

Ne autem in tanta clarissimorum Virorum aliter sentientium auctoritate nostrae observationes sua veritate, & fide

desti-

destituerentur Cl. Bertrandi Regium Chirurgum, Regiumque Professorem, ac Parisiens. Chirurg. Acad. Socium earundem participem esse voluimus, qui postquam ipsas pluries omni diligentia renovasset, ambiguas neutiquam esse conclusit. Gavisi itaque non mediocriter fuimus qualiacumque haec tentamina omni difficultate physicos expedire.

## DE VARIA BAROMETRORUM DIVERSAE DIAMETRI ALTITUDINE.

I. CUM Bononiensis Academiae commentarios pervolverem, atque ex praeclaris inventis, quibus elegantissima volumina referta sunt, plurimum jucunditatis, utilitatisque perciperem, in eum locum incidi, ubi Clar. Balbi experimenta narrantur, quae ad variam barometrorum diversae diametri altitudinem spectant, eamque Claris. Auctoris sententiam esse intellexi, ut censeat capillarium tuborum exemplo, minorem angustiorum barometrorum altitudinem a majori tuborum, quibus construuntur vi repellente esse repetendam (*a*), ita tamen, ut repellens ea vis in superiori vacua barometrorum parte in primis sedem habeat (*b*), & (quemadmodum experiundo invenit) frigore ad eam partem admoto imminui possit, restituto calore iterum adaugeri (*c*). Cum vero haec semel, iterumque attente perlegissem, quemadmodum Claris. Viri industriam, & experiundi peritiam magnopere admirabar, ita de phaenomeni caussa penitus consentire non poteram.

2. Primo enim animadvertebam vim repulsivam tuborum capillarium, si quae sit, eam in vacua parte minime positam

(*a*) Com. t. 2. par. 1. a pag. 307. ad 311., & a pag. 353. ad 360.
(*b*) Ibid. p. 354. & seq.
(*c*) Ibid. p. 356.

ſitam eſſe, cum diametro tantummodo reſpondeat, nec varia vacuae partis longitudine mutetur (*d*), nec proinde barometrorum vim repellentem in vacua parte eſſe reponendam. Deinde vero ſi vel maxime in vacua barometrorum parte vis repellens locata eſſet, eam frigore augeri potius, quam minui debuiſſe, quandoquidem, ut ipſe Balbi advertit, frigoris vi tubi conſtriguntur (*e*), eoque magis, quod in tubis capillaribus nulla hujuſmodi proprietas nec a Balbi, nec ab aliis fuiſſet obſervata.

3. Conjecturam itaque feci mercurii depreſſionem in anguſtioribus barometris deberi potius preſſioni relicti in vacua parte aëris, qui vel majori copia in anguſtioribus tubis adeſſet, vel arctius ſpatium nactus, proindeque denſior ſubjectum mercurium vehementius comprimeret, admoto autem ad ſupremam barometri partem frigore ita conſtringeretur, ut minorem preſſionem exerceret. Enimvero dum perpendebam, quam difficile ſit omnem e barometris aërem penitus expellere, dum difficultatem in anguſtioribus tubis majorem eſſe cogitabam, dum Muſchembroekii diligentiam in omni expellendo aëre Balbi ſupervacaneam exiſtimaſſe legebam (*f*), non parum in mea ſuſpicione confirmabar.

4. Eo itaque adductus ſum, ut meam hanc qualemcumque ſuſpicionem cum Sociis communicarem, quos inter Ludovicus de la Grange eamdem non modo non improbavit, verum etiam experimentum indicavit, quo definiri facile poſſet: propoſuit nempe, ut accuratiſſima barometra conficerentur ex tubis diverſae diametri, qui in infima parte flexi ſurſum crus promitterent barometrico tubo aequale, &

(*d*) Inſtitut. Neuton. de M. Sigorgne §. 364. 375.
(*e*) L. c. p. 356.
(*f*) L. c. p. 357. cum ſimilia experimenta Florentini propoſuiſſent ex hac ipſa cauſſa pendere Muſchembroechius definivit cum in accuratiſſimis barometris calore, aut frigore ad ſupremam partem admoto mercurii altitudinem non mutari obſervaverit. Vide additamenta ejuſdem ad Acad. Flor. in Collection Académique partie étrang. Tom. 1. p. 26.

& parallelum, ut in ipſum mercurius infundi poſſet, ſicque aër, ſi quis eſſer, in vacua barometri parte in brevius ſpatium coërceri. Si enim, inquiebat, addito per vices mercurio, ipſius altitudo ſupra libellam minueretur, & decrementa altitudinis relicti poſt ſingulas additiones in ſuprema barometri parte vacui ſpatii inverſam rationem ſequerentur, inde confici poſſe depreſſionem barometri tribuendam eſſe fluido elaſtico in ſuperiori barometri parte contento, cujus elaſticitas in ratione inverſa voluminis adaugeretur, qualem aëris proprietatem eſſe ad certos uſque limites Phyſici noverunt (*g*).

5. Experimentum igitur caepimus, omnique diligentia ſaepe iteravimus, cum barometrorum alterum vix dimidiam lineam in diametro haberet, alterum paullo minus quam duas, & mercurius quidem in anguſtiori tubo quatuor circiter lineas inferius haeſit, quam in ampliore, infuſoque, ut propoſitum erat, in crus alterum mercurio altitudo barometri ſupra libellam imminuta eſt, ita ut decrementa altitudinis relicti in ſuprema parte vacui ſpatii inverſam rationem quam proxime ſervarent, quamquam in horizontali ſitu collocato barometro exigua tantum in ſuprema parte aëris bulla deprehenderetur, quae vix aciculae caput magnitudine aequaret. Verbo dicam, talem fuiſſe hujus experimenti exitum, ut Cl. Auctor jam exploratum narraſſe, potiuſquam novum propoſuiſſe videretur. Jam vero ſi a vacua barometri parte mercurius repelleretur imminuta vacuae partis longitudine ſimul & repulſio minui debuiſſet, ut Bononienſes Academici alicubi fatentur (*h*): at contra, ut dictum eſt, mercurii depreſſio major evadebat.

 6. Quam-

(*g*) Cogitavi deinceps experimentum faciliori opera abſolvi poſſe etiam barometris qualia a Phyſicis parari ſolent, dummodo magis, minuſve iiſdem inclinatis, & magis, minuſve ea ratione condenſato, ſi quis eſſet, in vacua parte aëre normalis mercurii altitudo ſupra libellam metiretur, & varia ipſius decrementa, aut incrementa notarentur.

(*h*) P. 355.

6. Quamquam porro eo in experimento expectationi eventus adamussim respondisset, nondum tamen eidem acquievi, quin imo veritus sum, ne minori diligentia nostra barometra constructa fuissent, atque adeo residui aëris pressio simul cum vi vitri repellente conjungeretur, cum in iis, quae accuratiora Balbi parasset, sola vis repellens omnem depressionem effecisset. Alio itaque experimento directe investigare constitui, quantum tuborum vis repellens, si quae esset, in deprimendo mercurio valeret.

Itaque animadvertebam vim repellentem ab aëre non oriri, nec ab aëris actione ullo modo mutari (*i*) oportere, adeo ut, si quae differentia esset vis repulsivae inter binos tubos barometricos, eadem etiam in iis apertis se proderet. Binos igitur tubos, quorum unus duas lineas patebat in diametro, alter vix unam, ita inferiori extremitate jungendos curavi, ut deinceps flexi sursum normaliter erigerentur, juncturae autem locus esset in media inferiori parte. Tuborum parietes eamdem propemodum crassitudinem habebant, eodem vitro conflati fuerant, altitudo erat eadem, quanta barometrorum esse solet, erat autem uterque apertus in superiori extremitate. Hos mercurio implevi ad eam altitudinem, ad quam mercurius in barometro suspenditur, ut differentia altitudinis mercurii in binis tubis differentiam vis repulsivae in barometris ejusdem diametri ostenderet: veruntamen mercurius ad libellam propemodum compositus est, ut vix tertia, quartave lineae parte in angustiori tubo depressior deprehenderetur. Dum vero hoc experimentum cum iis comparabam, quae Cl. Galeatius instituit, in quibus nempe inter barometra ejusdem diametri differentiam altitudinum trium linearum fuisse observavit (k), verosimillimum videbatur depressionem eam barometrorum a Balbi observatam vel plane totam,

(*i*) Sigorgne l. c. §. 329.
(*K*) P. 309. 310.

totam, vel ſaltem maxima ex parte alii cauſſae, quam vi tuborum repellenti eſſe adſcribendam.

7. Dum haec tentarentur, Eques Salutius novam indicavit experimenti ſpeciem, quae rem totam mirifice illuſtrare non tantum poſſet, verum etiam ſola quaeſtioni abſolvendae ſufficeret: propoſuit nempe, ut communicantes barometrici tubi, quibus in ſuperiori experimento uſus fueram (6) mercurio implerentur, tum in vas mercurium continens inverterentur; ſic enim bina barometra inaequalis diametri eſſe proditura, quae cum commune in ſuprema parte vacuum ſpatium haberent, aequalem etiam a reſiduo, ſi quis forte remaneret, in ea parte aëre preſſionem paterentur, atque adeo ſolum effectum vis repulſivae ſuarum altitudinum differentia certiſſime definirent.

Eos igitur tubos iterum replevimus, & candentium prunarum calori expoſuimus, ut mercurius ebulliret, ſicque prodeuntes ab ipſo aëreae bullae per immiſſum, blandeque commotum filum ferreum educerentur: his peractis, inverſiſque tubis eamdem fere ac in ſuperiori experimento altitudinum differentiam invenimus, quae ſcilicet tertiam, quartamve lineae partem aequaret.

8. Quidquid igitur de priori experimento ſentiendum ſit (6), poſtremo (7) difficultatem omnem tolli, & noſtram ſententiam luculentiſſime confirmari cenſemus. Erant enim bina barometra, quae in reliquis cum Academicorum Bononienſium barometris omnino convenirent, atque adeo vis repulſivae effectum non minus, quam illa oſtendere deberent: quapropter cum Bononienſes Academici multo majorem altitudinum differentiam obtinuerint, concludendum omnino eſt, copioſiori aëri in minori barometro relicto eamdem eſſe adſcribendam, quum commune in noſtris barometris vacuum ſpatium nullam hujuſmodi differentiam admitteret. Voluimus etiam experiri, num ex admota glacie ad ſupremam partem altitudo mercurii adaugeretur, &

 magis

magis quidem in angustiori barometro, num contra ex admoto calore minueretur, & magis quidem in minori, id enim ex Balbi theoria sequebatur, cum nostra contrarium suaderet; altitudinum namque incrementa, & decrementa in utroque tubo aequalia futura erant, siquidem ex condensatione, & rarefactione relicti in vacua parte communis aëris penderent, cum inaequalia esse deberent, si ab aucta, vel minuta tuborum vi repellente orirentur. Sed frustanea fuit in hanc rem adhibita opera; neque enim vel ex admotis calidis linteis, vel ex admota glacie mercurii altitudo in tubis mutata est; deinceps vero cum aëris aliquae bullae in eam vacuam partem consulto admissae fuissent, tunc equidem glaciei frigore mercurium elevari, ex linteorum calore iterum deprimi observavimus, ut tamen altitudinum incrementa, & decrementa in utroque tubo ad amussim aequarentur: ex quo fit manifestum mercurii altitudinem ex frigore, vel calore non mutari, siquidem superior barometri pars aëre accuratissime vacua sit, quod vero incrementum, vel decrementum ex calore, & frigore observatur, id relicto in ea parte aëri tribuendum esse, qui aequalia incrementa, & decrementa efficiat, si communis, & aeque densus in utroque barometro sit, quemadmodum in nostro experimento contingit, inaequalia vero, si inaequali copia, & impari densitate relinquatur, quemadmodum in Bononiensium barometris accidisse ex hactenus dictis colligi posse censemus.

9. Eosdem tubos iterum mercurio purissimo implevimus, & pari industria aëre expurgavimus, eamdemque altitudinum differentiam obtinuimus. Iterum pariter glacie per immissum nitri spiritum admodum refrigerata, & candentibus bracteis ferreis supremam partem refrigerare, & calefacere per vices curavimus; at non minus frustranea opera nostra fuit, cum aeque immobilis, ac in priori tentamine mercurius perstitisset.

10. Eos-

10. Eoſdem etiam tubos ex utraque parte apertos in vas mercurio plenum injecimus, ut depreſſionum differentiam reperiremus, eamque iterum tertiam, quartamve lineae partem non excedere obſervavimus, in qua conſtanti experimentorum conſenſione (6. 7. 9.) veritatis non leve argumentum ineſſe conſideranti patebit.

11. Aliqua quidem naſcebatur difficultas ex iis experimentis, quae in vacuo boyleano a Viris Cl. capta ſunt: in quibus nempe educto aëre, & mercurio in utroque barometro deſcendente, auctaque adeo vacuae partis capacitate, differentia tamen altitudinum eadem perſeverabat, id enim Cl. de la Grange experimento in primis adverſabatur. Etenim ſi in eo experimento imminuta vacuae partis capacitate differentia altitudinum augebatur, aucta in hoc experimento eadem capacitate differentia imminui ſimiliter debuiſſet. Legebamus quidem Plantadium obſervaſſe in montibus ultra centum hexapedas altis omnem differentiam ſublatam fuiſſe, quod cum Bononienſium experimentis opponeretur noſtrae theoriae, & experimentis apprime erat conſentaneum: quamquam enim ipſi proponant in Plantadii obſervatione vi frigoris in montibus eam differentiam ſublatam fuiſſe, cum tamen, ut demonſtravimus, frigus differentiam non minuat, niſi relicti aëris elaſticitatem minuendo minime dubium videtur, id etiam magna ex parte ex deſcenſu mercurii, & ejuſdem aëris rarefactione contigiſſe, ex qua non minus quam ex frigore ejuſdem elaſticitas minor evadit.

12. Ea igitur experimenta repetenda ſuſcepimus, ut ſi fieri poſſet, diverſitatis cauſſam aſſequeremur: & revera maximam in iiſdem varietatem invenimus. Quando enim barometris utebamur, quae ſupra candentes prunas aëre expurgata non fuerant, inter exanthlandum altius barometrum depreſſiori aequale evadebat, & ceſſante emboli motu priſtina differentia redibat, quemadmodum Bononienſes obſervarunt; alias, quando accuratiſſime ſupra candentes

prunas

prunas barometrorum mercurius aëre fuerat repurgatus, durante emboli motu amplius barometrum deprimebatur, & in eadem depressione etiam cessante emboli motu permanebat, quod cum Plantadii experimento in primis convenire videtur. Arbitrabamur itaque in priori casu, cessante emboli motu, novum aërem, & quidem copiosius in angustiori barometro ex parietibus labente mercurio detectis, vel ex mercurio ipso prodiisse, eumque aërem pristinam differentiam restituisse, quod in barometris aëre expurgatis similiter contingere non potuerit.

13. Revera hasce descensuum anomalias aëri in suprema barometrorum parte contento, vel deinceps a mercurio, aut vitro erumpenti tribuendas esse demonstrat experimentum barometris communicantibus in machina pneumatica institutum; ea quippe barometra, quae eandem propemodum, ut dictum est (7), altitudinem habebant, dum aër educeretur, aequali omnino celeritate descendebant, & eamdem altitudinis aequalitatem servabant etiam quiescente embolo, & similiter aëre in recipiens pneumaticum pedetentim admisso pari gradu ascendebant, ut aeque alta perpetuo remanerent.

14. Superest, ut moneam Muschembroeckium, Desagulierium, Sigornium, aliosque primae notae Physicos ostendisse, mercurium a vitro non solum non repelli, quin potius ab eodem attrahi; depressionem autem mercurii in capillaribus tubis fieri docuisse excessu vis attrahentis partium mercurii inter se supra vim attrahentem vitri (*l*); quapropter cum ea attractionis differentia locum non habeat,

(*l*) Mercurium absque vi repellente deprimi posse cognovi, dum ipsum inter aeneam bracteam ad acutissimum angulum flexam ita in curvam sinuari observavi, ut maxime depressus prope angulum esset, & eo elatior, quo magis bracteae crura divergerent, non secus ac inter vitreas laminas contingat. Mercurium autem ab aere repelli nemo dixerit, cum in eo ipso experimento aeneae laminae margo in mercurium immersus eodem imbutus, infectusque sit & mercurius a Chymicis cum aere in amalgama uniatur &c.

beat, si barometrum ex unico inflexo tubo construatur, absque eo quod in subjectum vas mercurio plenum immergatur, patet modus, quo in angustissimis etiam barometris mercurii depressio ab ea caussa orta declinari possit. Hoc autem artificium etiam in hypothesi vis repellentis ipsius effectus praecavebit; cum enim vis repellens perinde ac vis attrahens, si quae sit in tubis, eadem remaneat quaecumque sit ipsorum longitudo, & quantacumque ipsorum pars in attractum, aut repulsum fluidum immergatur (*m*), manifestum fit repulsionem mercurii in barometro haerentis a repulsione ejusdem in altero crure elidi, ac corrigi debere.

## DE CORRIGENDIS BAROMETRORUM ERRORIBUS EX CALORE, ET FRIGORE NATIS.

I. BArometrorum mutationes non solum ex variata atmospherae pressione ortum ducere, verum etiam ex vario caloris gradu, qui mercurii densitatem immutet a longo jam tempore Physicis innotuit, factumque propterea est, ut effectibus caloris a gravitatis effectibus distinguendis ab eo tempore incubuerint: veruntamen correctiones hujusmodi proposuerunt, quae pro unaquaque barometri observatione experimenta requirerent, aut computationes, quorum alterum difficile erat, alterum incommodum. Laudabile proinde visum est Ludolff consilium, qui in monumentis Acad. Sc. Berol. (*a*) talem correctionem proposuit, ut absque experimentis, & absque computis ex solius scalae barometricae observatione vera atmospherae pressio quocunque tempore cognosceretur. Id

duntaxat

(*m*) Quae de attractione Sigornius demonstrat §. 330. 375. ad vim repulsivam transferri facile possunt, cum eae vires non nisi ob contrariam directionem inter se differant.

(*a*) An. 1749.

duntaxat in ea correctione incommodi supererat, ut scalae constructio, quam Vir Cl. exhibuit non admodum facilis, & expedita videretur, & thermometri comparationem perpetuo postularet. Cum itaque de eo etiam incommodo tollendo cogitarem, Cl. de la Grange ea de re collocutus sum, qui unica observatione problema hoc ita absoluit, ut nihil in hac re desiderari amplius posse videatur. Inquiebat enim incrementum altitudinis mercurii ex dato caloris gradu natum esse, ut altitudinem columnae mercurii, quae ei calori exponeretur, ac proinde si barometra ex unico inflexo tubo conficerentur, ita ut in crure altero mercurii altitudo unius tantum, aut duorum pollicum esset, rarefactionem mercurii, & condensationem in eo crure tam exiguam altitudinis differentiam esse effecturam, ut negligi tuto posset; nil igitur aliud esse faciendum, nisi ut scala altitudinum breviori barometri cruri apponeretur; sic enim ascensus, ac descensus, ex mutata aëris gravitate natos aequae percipi, interea dum mutationes ex calore productae sensibilem errorem non parerent.

2. Cum porro quantum mercurius in uno crure adscendit, tantundem in altero descendat, & contra, variatio altitudinis mercurii supra libellam dupla est spatio a mercurio descendendo, vel adscendendo percurso: quapropter ut scala veram altitudinem supra libellam significet in hac loco pollicum semipollices, linearum loco semilineae ponendae sunt, & pro integris pollicibus, ac lineis integris deinceps assumendae; inde autem constat in hac barometri specie errores a rarefactione natos duplos esse ipsa rarefactione.

3. Quod si igitur quis paullo acuratior, & diligentior errorem quoque ex minoris cruris rarefactione natum (1) declinare cupiat, in promtu correctio est ab eodem fonte petita: si enim binae scalae construantur, quarum una barometro ipsi apponatur, altera breviori barometri cruri, ita

ita ut haec adſcendendo imminuatur, illa adaugeatur, quamdiu mercurius in eadem denſitate perſeverabit, utraque ſcala eundem gradum oſtendet, mutata vero denſitate, diverſi gradus prodibunt, quorum ſemidifferentia totius voluminis incrementum, vel decrementum ſignificabit. Poterit autem in ſcalis aptandis certa, & determinata mercurii denſitas aſſumi, quod nos in noſtris barometris parandis praeſtitimus: tubo enim cartaceo totum barometrum incluſimus, & comminuta glacie intervallum replevimus, ut in utroque crure congelationis frigore mercurius condenſaretur. Deinceps mercurii altitudinem in utroque crure filo notavimus, & differentia altitudinum inventa, ad utrumque crus opportunam ſcalam aptavimus, quae eam differentiam exprimeret (2).

4. Similibus peractis ſpatium a mercurio congelationis tempore occupatum, quod aequale eſt longitudini cilindri intra cognomines quoſcumque utriuſque ſcalae gradus intercepti, ſemel dimetiendum eſt; huic enim ſi addatur, tota mercurii rarefactio (3) habebitur, quocumque tempore volumen mercurii rarefacti.

5. Porro altitudo mercurii in minori crure eſt minor vera dupla quantitate rarefactionis (2) in eodem crure; rarefactio autem tota aequatur ſummae duplae rarefactionis in minori crure, & rarefactionis mercurii ſupra libellam exiſtentis: quare ſi altitudini minoris cruris addatur rarefactio tota, habebitur altitudo vera aucta rarefactione mercurii ſupra libellam exiſtentis, ſeu aucta ſua rarefactione.

6. Quare ſi fiat, ut volumen totius mercurii rarefacti ad volumen ejuſdem condenſati (4) ita altitudo mercurii rarefacti ſupra libellam (5) ad quartam proportionalem, haec dabit veram mercurii altitudinem (*b*).

 7. Haec

(*b*) Scalarum conſtructio ea eſt, ut gradus in inferiori deſcendant, dum in ſuperiori aſcendunt, quo fit, ut extremitates columnae mercurii fri-

7. Haec autem correctio tum accuratioribus, ut diximus, satisfacere potest, tum usui esse, quando mercurius descendit per insignem altitudinem, & propterea rarefactio minoris cruris insigniter augetur, quod in altissimorum montium altitudine barometri ope dimetienda fere contingit, quando correctionis usus in primis necessarius videtur ob frigus in montibus magis, magisque plerumque adauctum, prout loci altitudo adaugetur. Coeterum cum ascensus mercurii in minori crure, ex maxima atmospherae mutatione sit unius pollicis cum dimidio, si minima mercurii altitudo in eodem crure ponatur semipollicis, erit altitudo maxima duorum pollicum, atque adeo ejus rarefactio erit $\frac{1}{15}$ circiter rarefactionis in crure majore, & altitudo ab ipso crure notata pro vera assumi plerumque poterit absque sensibili errore.

8. Hoc

gore glaciali condensati semper ad gradus cognomines pertingant, qui gradus exprimunt altitudinem ejusdem mercurii condensati supra libellam; sit itaque in hoc mercurii statu numerus graduum, quem utraque scala quocumque dato tempore exhibet, $= r$, & immutato atmospherae pondere ponamus mercurium subito rarefieri evidens, est quantitates materiae in unaquaque columna easdem remanere debere, dum ejusdem volumina per spatia quaevis augebuntur. Exprimantur haec columnarum incrementa per $m$, & $n$, & quoniam mensurae graduum in scalis dimidiae tantum sunt verarum, prodibunt in scala superiori gradus $r + 2m$, & in inferiori $r - 2n$; hi sunt gradus, qui ex immediata observatione semper habentur. Sit itaque numerus graduum in scala superiori a mercurio notatus $= a$, & numerus graduum respondens in inferiori $= b$, & erit $r + 2m = a$; $r - 2n = b$ subtrahatur haec aequatio ab illa, & residuo per 2 diviso exurget $m + n = \frac{a-b}{2}$; quae adeo erit aequalis tarefactioni totali. Addantur nunc ambae aequationes, & summis per 2 divisis habebimus $\frac{a+b}{2} = r + m - n$, quae formula, ut videre est exhibet volumen primum mercurii supra libellam, cum sua rarefactione, quae aequatur differentiae rarefactionum ambarum columnarum. Si itaque $c$ sit longitudo totius cilindri mercurialis frigore condensati; sequentem analogiam poterimus instituere $c + \frac{a-b}{2} : c = \frac{a+b}{2} : \frac{ca+cb}{2c+a-b}$, quae quarta proportionalis exhibebit quocunque tempore altitudinem mercurii supra libellam ad eundem semper condensationis statum redacti.

8. Hoc porro barometrum quanquam duplo minus sensibile sit, quam reliqua, plures tamen utilitates complectitur, quod nec scalam mobilem postulet, nec obnoxium sit depressioni ex tuborum angustia natae, nec demum ob caloris, frigorisque vicissitudines, in errorem inducat.

## DE FALLACIA METHODI DIMETIENDI QUANTITATEM ATTRACTIONIS.

INquisiturus, num aliqua, & quanta mercurium inter, & vitrum adhaesio intercederet, utebar methodo a Tayloro, aliisque tradita, ex altero nempe bilancis brachio vitrum planum suspendebam in situ orizontali, & apposito in altero brachio aequipondio, suppositoque mercurio, vitri inferiorem superficiem mercurii superficiei aptabam, & ex pondere in altero bilancis brachio addendo ad vitrum e mercurio divellendum adhaesionis vim metiebar, cumque non exiguum pondus ad id requiri experirer, maximam mercurium inter, & vitrum adhaesionem ea methodo me invenisse, ac demonstrasse existimabam. Fallacem methodum esse amice monebat Ludovicus de la Grange, eamque adhaesionem externi aëris pressioni aut totam, aut ex parte esse adscribendam, cumque responsionis loco nihil suppeteret, quod afferrem, nisi Cl. Virorum auctoritatem, qui ea methodo eodem scopo saepe usi fuerant, ad experimentum provocabat inter corpora, inter quae nullam adhaesionem esse, apud Physicos in confesso esset. Itaque unanimes id ipsum experimentum vitro oleo madido, subjecta aqua tentavimus, sed magnum quoque pondus ad id vitrum ab aqua divellendum necessarium fuisse invenimus; observabamus duntaxat, majus, minusve pondus requiri, prout contactus magis, minusve esset accuratus, prout nempe plures, paucioresve aëris bullae vitrum inter, & aquam essent interpositae. Cum autem in eo experimento reri liceret, ne olei ſtratum minus craſſum eſſet, quam ut ſufficere poſſet vitri, & aquae adhaeſioni prohibendae aliud in hanc rem libuit inſtituere. Nempe vitrum operuimus ſebi ſtrato ultra ſemilineam craſſo, & nihilominus idem fuit experimenti exitus, ex quo conſtitit novem, & ultra unciarum pondus neceſſarium fuiſſe ad ſuperficies 10. circiter pollicum quadratorum divellendas. Sebum porro omnem aquae ad vitrum adhaeſionem impedire Phyſici conſentiunt, & demonſtrat experimentum, quo tubi capillares intus ſebo inuncti aquam ſupra libellam ſuſpenſam non retinent, obſervante Sigornio, ex quibus conficitur eam methodum a Phyſicis adhibitam, veram adhaeſionis menſuram non praebere.

## DE ASCENSU, ET DESCENSU THERMOMETRORUM VARIIS LIQUORIBUS MADENTIUM EX INFLATO VENTO.

Thermometra humida, ſi vento ejuſdem temperaturae perflentur, aut ſi ventus ipſe humidus ſit, inſigniter deprimi Muſſchenbroeckius ſcribit (*a*), quod porro phaenomenon cum ſingulare videretur, libuit variis liquoribus rem eamdem tentare. Talis autem fuit experimentorum exitus.

Aqua, vini ſpiritus, acetum, lac, cremor lactis thermometri deſcenſum praeſtabant; petroleum, eſſentia caryophillorum, oleum olivarum, oleum lini adſcenſum efficiebant, ac demum oleum Tartari per deliquium ad aëris temperaturam redactum nihil mutabat, adeout, inflato aëre, thermometrum immobile permaneret. Ut autem certiores fieri poſſemus, num revera ex vento thermometrum adſcenderet, aut deſcenderet, ſi de iis liquoribus quaeſtio erat, qui adſcenſum faciebant, iiſdem frigidioribus utebamur,

(*a*) Eſſai de Phyſique §. 962.

mur, quam eo tempore atmoſphaera eſſet; ſic enim inflato vento prius ad atmoſphaerae calorem aſſurgebat thermometrum, dein flatu continuato majorem altitudinem aſſequebatur, & poſtea in aëre relictum ad atmoſphaerae temperaturam redibat, ac demum ſi in eum liquorem immergeretur, iterum deſcendebat. Contra autem, quando de liquoribus agebatur, qui deſcenſum facerent, eoſdem calidiores parabamus, quam atmoſphaera eſſet, ut pariter venti effectum exploratum, certumque haberemus.

Recenſita porro experimenta nulli hactenus cognitae ignis, caloriſve proprietati accommodari poſſe videntur. Si enim dicas, vi ſalium in aëre contentorum, liquores, quibus thermometra madent, refrigerari, aut incaleſcere, qui vero fit, ut oleum tartari, quod maximam cum acidis per atmoſphaeram diffuſis efferveſcentiam efficere, maximum inde calorem producere deberet, nec minimum pariat caloris, aut frigoris gradum? Sin vero ad attritum confugias aërem inter, & liquores, quibus aſperſa thermometra ſunt, primo quis dixerit ex aquae, & aquoſorum humorum attritu frigus produci? deinde vero hactenus in ea theoria illud firmum, ratumque habitum eſt, quod calor non ſolum attritui reſpondeat, verum etiam liquorum indoli plus, minuſve pinguium, atque adeo magis, minuſve inflammabilium, a qua quidem lege noſtra experimenta longiſſime abſunt. Quid enim macrius oleo tartari? quid vini ſpiritu inflammabilius? quid pinguius lactis cremore? veruntamen oleo tartari nullum frigus gigni, ingens ex vini ſpiritu, & cremore lactis oriri, ipſa experimenta conſtantiſſime docuerunt.

Nobis igitur rem ipſam propoſuiſſe ſuffecerit; rei cauſſam diligentioribus inveſtigandam relinquemus, forte etiam nos ipſi aliquando proponemus; experimenta enim aliqua inchoavimus, quae ſi eumdem eventum conſtanter habeant, ad hanc, aliaſque caloris, frigoriſque cauſſas aſſequendas conducere poſſint.

DE

# DE CAUSSA EXTINCTIONIS FLAMMAE IN CLAUSO AERE.

1. CUM Eques Salutius definire ſtuderet, num elaſticum fluidum a pulvere pyrio erumpens alendae flammae aptum eſſet; quaeſtio exorta eſt cur clauſo in ſpatio flamma diu vivere nequeat, eaque occaſione variae Phyſicorum de hac re ſententiae in medium prolatae ſunt, ut ſi fieri poſſet, potiſſimam, ac veritati proximam aſſequeremur.

2. Inter caeteras celebris illa adducebatur, qua flammae extinctio vaporibus haeterogeneis tribuitur ab ipſa erumpentibus, quibus incluſus aër abſorbeatur, aut ejus elaſticitas deſtruatur, unde is, qui reſiduus eſt minorem elaſticitatem exerceat, quam ſuſtentanda flamma poſtularet (*a*). Hanc vero non levibus difficultatibus obnoxiam eſſe proponebam, cum vix ad aliquot pollices elevato mercurio clauſo in ſpatio flamma extinguatur (*b*), etſi in montibus, ubi longe rarior aër exiſtit, quam commode vivat; quod ſi a vaporibus, ac fuligine flamma extingueretur alcoholis flammam diutiſſime clauſo in ſpatio victuram eſſe colligebam, cum ab eadem fuligo nulla emanet, nec niſi aquei vapores aliqui erumpant (*c*): quoniam vero diverſus fuit experimenti exitus, & alcoholis flamma citius quam

ſebi,

(*a*) L' on ne doit pas attribuer à la perte de l' éſprit vital de l'air l'extinction de la flamme de la chandelle, & des méches ſous des récipiens, mais aux vapeurs fuligineuſes, & acides, dont l' air ſe charge, & qui détruiſant l' elaſticité de cet air, empêchent, & retardent l'action, & le mouvement elaſtique du reſte. Statiq. des vegetaux exp. 117. p. 223.

(*b*) Poſt abſorptam $\frac{1}{37}$ aëris flammam extingui Mayovv, poſt abſorptum $\frac{1}{27}$ Haleſius tradit l. c. exp. 106. p. 200. 201.: imo, ne uno quidem pollice elevato mercurio, flammam extinctam fuiſſe ipſe Haleſius tradit l. c. exp. 115. p. 223. 224.

(*c*) Boerrhauv. elem. chem. t. 1. p. 170. 171. edit. pariſ.

sebi, aut pinguis olei extincta est, mea exinde magis dubitatio augebatur (*d*).

3. Interea Ludovicus de la Grange experimento alio prioris opinionis infirmitatem evincebat. Accensam scilicet candelam ita vitreae campanae supposuit, ut campana ipsa spatium non clauderet, sed ejus inferior limbus a tabula, cui candela insistebat, aliquot transversos digitos distaret, at flammam non minus perire observavit; quanquam amplissimus externo aëri sub campanam aditus pateret, quare nobis etiam apertius persuadebatur ex defectu aëris, aut ejusdem ábsorptione clausam flammam non extingui.

4. Cum id Vir industrius observasset, explorare insuper coepimus, num intra recipiens in suprema parte amplo foramine pertusum flamma vivere posset, sed similiter extingui experti sumus: Jam igitur binos in suprema parte hiatus experiri libuit, quos similiter sustentandae flammae ineptos esse comperimus, tum vero observavimus foramina non majora flammam servare, si alterum in suprema recipientis parte, alterum in infima pateret, cumque varias apertionum positiones, variasque earundem combinationes Ludovicus de la Grange similiter tentandas proposuisset, ad id Eques Salutius lanternam ex albo ferro construendam curavit, quæ undique accurate clausa erat; sed duobus in suprema parte foraminibus hiabat, duobus in media, totidem in infima, quorum unumquodque pollicem circiter diametro patebat, & subere obturari pro lubitu poterat.

5. Hac usi, observavimus bina ostia superiora, aut media, aut infima sustentandae flammae non sufficere, sufficere au-

(*d*) Deinceps cum Boylei opera pervolverem haec jam olim ab eximio Physico animadversa fuisse comperi, qui cum alcoholis flammam clauso in spatio extinctam fuisse narasset, haec addit *post flammae extinctionem aër in recipiente alteratus visibiliter non fuit, & quantum ex judicandi modis, qui ad manum tunc erant percipere potui, aër, vel omnem suam elasticitatem, vel saltem longe maximam ejus partem retinebat*. Vid. ejus suspic. de latent. aeris qualit. tom. 2. p. 8. edit. Genev. 1680.

autem duo alia quaevis, si modo eorum unum supra flammam, alterum infra ipsam situm esset; quinimo unicum ad basim lanternae sufficere Eques Salutius demonstravit, si ita lanterna agitaretur, ut modo superiora, modo inferiora flamma teneret.

6. Ex quibus experimentis cum constare videretur per foramen alterum, & quidem per inferius ingressuro aëri, per alterum, & quidem per superius eidem egressuro aditum liberum esse opportere, ut flamma sustentaretur, eam tamen aëris per foramina directionem levibus corporibus admotis de la Grange tutius, certiusque definire cupiebat.

7. Id facilius appositis valvulis perfici posse animadverti, & quidem observavimus ex tali valvularum dispositione, ut per superius foramen aër egredi, per inferius ingredi posset, flammam vivam mansisse, ex opposita ipsarum directione interiisse, ita ut in primo casu valvulae a foraminum margine sponte recederent, in postremo contra eundem aptarentur.

8. Quum igitur id constitisset, per inferius foramen ingredi, per superius egredi aërem debere, ut flammam sustentare possit, experiri volui, num tubo curvo communicationem inter superius, inferiusque foramen perficiente flamma intra clausum spatium servari posset; sed nihilo secius extingui observavi, quam si nulla hujusmodi communicatio intercessisset.

9. Halesius porro crus alterum syphonis per apertum excipuli pneumatici verticem ita trajecit, ut ad lancis fere contactum perveniret, ejusque cruris orificium tribus laneis tegumentis munivit: candela sub eo recipiente posita intra pauca minuta extinguebatur, quanquam tunc temporis Halesius aërem exhantlando renovaret; nam per lanea syphonis tegumenta libere adeo externus aër in exantlati locum penetrabat, ut mercurii altitudo, ne uno quidem pollice augeretur (*e*).

(*e*) Statiq. des vegétaux exp. 115.

10. Experimentum hoc, cum de la Grange perpenderet, ideo flammam extinctam fuisse opinabatur, quod aër in inferiori tantum recipientis parte renovaretur, dum is, qui in superiori continebatur, immotus remaneret: victuram itaque flammam sperabat, si a superiori recipientis parte aër hauriretur, novusque aër in subducti locum per lancis foramen ingredi posset, sic enim talem aëris cursum produci, qualis a flamma libero in aëre excitari solet (7).

11. Aptabat itaque ad lancis foramen, quod in antliam patet tubum ejus longitudinis, ut ad superiorem recipientis partem perveniret, & flammam ita sub recipiens collocabat, ut foramen aliud lancis, per quod barometrum traduci solet, intra recipientis ejusdem ambitum comprehenderetur, & externo aëri in recipiens aditum praeberet: his ita paratis, etiamsi epistomium machinae pneumaticae apertum esset, & binis foraminibus, superiori altero, altero inferiori cum externo aëre recipiens communicaret, candela brevi extinguebatur.

12. Quod si aërem ex suprema parte per tubum hauriret, novusque interim aër per lancis foramen in inferiorem penetraret, flamma servabatur, & tamdiu quidem, quamdiu emboli motus perseverabat, ex quibus constitit foramina, quae servandae flammae inepta sint (11), servare utique posse, si cursus aëris ab inferiori ad superius foramen ex arte producatur.

13. Quandoquidem, ut dictum est, (8) tubus, qui communicationem inter superius, inferiusque foramen efficiebat, flammam non servaverat, conjecturam fecit de la Grange intra vas clausum aëris circulum sponte perfici non posse, qui si ex arte excitaretur, fortasse non aliter flammam, quam in praecedenti experimento sustentaret. Ut id experimento decerneret curvum vitreum tubum ex eo foramine, quo antlia pneumatica cum externo aëre commercium habet ad supremam apertam recipientis pneumatici

partem deduxit, accurateque glutinavit, & accenſam candelam ſub recipiente incluſit, cumque mox extinctioni proxima eſſet, embolum agitavit, epiſtomium ita verſando, ut educto embolo aërem per tubum ex ſuprema recipientis parte exugeret, eodemque reſtituto per lancis foramen in inferiorem urgeret: tum vero obſervavimus ſingulis emboli agitationibus refocillari flammam, ſenſimque haud minus vividam reddi, quam in aperto aëre futura fuiſſet; ac talem tandiu ſervari, quamdiu motus emboli perduraret, eodem ceſſante paullatim languere, iterumque extinctioni proximam eadem arte reſtauravi; haſque languoris, vigoriſque viciſſitudines induci pro lubitu poſſe; quod ſi emboli motus per aliquot ſecunda deficeret, extinguebatur. In hoc autem experimento tentando, prius embolum agitari oportebat, quam omnia accurate glutinata eſſent, ne praepropere flamma interiret, & barometrum aptare neglegimus, quod nos certiores redderet, num omnis externo aëri aditus intercluſus eſſet, ſed rei novitate, & elegantia delectati, ſtatim de commodiori experimenti ſpecie cogitavimus, quae vitae uſibus inſerviret.

14. Id autem obtineri poſſe animadvertimus, ſi recipiens undique accuratiſſime clauſum foramine uno in ſuprema parte, altero in infima pertunderetur, hiſque valvulae ea lege aptarentur, ut ſuperior erumpenti aëri cederet, irruenti reſiſteret, inferior viciſſim in recipiens aditum praeberet, regreſſum interciperet, quibus ita comparatis per curvum canalem ad recipiens feruminatum communicatio induceretur inter utrumque foramen, ipſoque demum pertuſo canali, ad aperturam follis tubus accommodaretur; ſic enim dilatato folle aërem ex ſuperiori recipientis parte tantum hauriri, eodem compreſſo in inferiorem ejuſdem partem urgeri, talemque aëris circulum produci, qualem clauſo in ſpatio flamma ſuſtentanda poſtulabat (13).

15. Lanterna itaque ex albo ferro expoſita arte conſtructa fuit, quae anteriori in parte plano vitro ad ferrum quam exacte ferruminato, ac glutinato claudebatur, ut ipſius cavitas conſpici poſſet. Lanternae porro fundus rotundo foramine pertuſus erat, quod in tubum aliquot pollices longum ſupra internam fundi faciem normaliter junctum aperiebatur. Tubus alius planae laminae normaliter inſiſtens priori congruebat, & accenſam candelam recipere poterat, ac ſuſtinere: ſuperior autem planae laminae facies molli cera obducebatur, ſic enim tubo hoc in priorem immiſſo, candela in lanternam inſinuabatur, & interea plana baſis ſuperiori facie, qua cera obducta fuerat, contra lanternae fundum compreſſa, eidem adhaerebat, & exterioris aëris ingreſſum prohibebat. Reliqua ſe habebant, ut §. praecedente propoſitum fuerat: duntaxat notandum follis, quo uſi fuimus, poſteriorem aperturam, ſuperpoſito corio, ac rite glutinato obturatam fuiſſe: his ita diſpoſitis experimentum aggreſſi fuimus, quod expectationi noſtrae reſpondit; candelam enim mediocrem, quae intra recipiens ſibi relicta minuto temporis extinguebatur, tamdiu vivam ſervabamus, quamdiu follem agitare lubebat, & intermiſſa paulliſper agitatione languidam cernebamus, quae mox, eadem renovata, reſtaurabatur.

16. Etſi vero lanternam accurate clauſam optaremus, talem nihilominus ab artifice non obtinuimus, ſed ſingulis follis agitationibus aëris irruentis, aut prodeuntis ſibilum percipiebamus, inprimiſque citra vitrum, tumque ex follis agitatione flamma vehementer commota extinguebatur, praeſertim ſi paullo celerius follis agitaretur: poſtquam vero pleraſque lanternae juncturas ſuperinducta cera, & maſtice glutinavimus, deſcriptum lanternae effectum demum obtinuimus; quapropter in noſtra opinione fuimus confirmati non ex renovatione, ſed ex circumductione aëris flammam



ſer-

ſervari, ſiquidem quo accuratius novus aër arcebatur, eo magis quieta, & incolumis apparebat.

17. Interim non inopportunum exiſtimamus ea afferre, quae Cl. P. Beccaria in ſuis phyſices lectionibus in hanc rem protulerat, ea autem hujuſmodi ſunt.

„ Primo flammam ex charta excita ſub flamma candelae: „ extinguitur; ea enim aërem disjiciens infra candelae flam- „ mam conſtitutum; facit, ne aëre undique ambiente flam- „ ma candelae libretur, contineatur.

„ 2. Candelam accenſam ſupponito vaſi undique clauſo: „ brevi extinguitur; ſupponito vaſi clauſo undique, quod „ tamen prope fundum communicet cum aëre ambiente: „ extinguitur.

„ 3. Supponito vaſi undique clauſo, praeter quam in „ vertice, ubi foramen hiet pollicare: extinguitur.

„ 4. Supponito vaſi, in quo foramen pollicare duplex, al- „ terum baſi flammae depreſſius, alterum altius: vivet „ flamma, atque non verticali emicabit directione, ſed „ obliqua, apice nimirum ſuo declinabit a loco foraminis „ depreſſioris in locum foraminis altioris patentis in latere „ oppoſito vaſis.

„ Quae omnia non ſolum probant aërem eſſe neceſ- „ ſarium, qui flammam reverberet undique ad flammam „ alendam, ſed plane etiam evincunt aëre opus eſſe, qui „ certa circumeat lege; flamma nimirum ſuo apice immi- „ nentem ſibi aërem perpetuo deturbat, illi aër ſuccedit, „ qui baſi flammae adjacet; novo ergo aëre continenter „ opus, qui adfluat ad baſim, dimotoque ex apice aëri „ ſuccurrat.

„ Ratio ipſa, qua ſervatur ignis in prunis accenſis, vel „ ratio potius, qua fit, ne ignis in prunis accenſis graſſans, „ ipſas velociter exolvat in cineres, eamdem confirmat, „ quam ſuperius conſtitui veritatem; nimirum cineribus „ obvolvuntur accenſae prunae, ea res facit ne recens con-

„ tinuo

„ tinuo aër reverberet ignis particulas, prunaſque adeo ſer-
„ var diutius. „ Hactenus Vir Clariſſimus. Quid vero de hiſce ſentiendum videatur ex ſequentibus apparebit.

18. Poſtquam quae tentavimus de flamma experimenta in eum qualemcumque ordinem redegiſſem, quo propoſita leguntur, Eques Salutius nova inſtituere aggreſſus eſt: inveſtigare nimirum voluit num aëris fluxus, qui ab inferiori ad ſupremam clauſi recipientis partem dirigeretur, flammam quoque ſuſtentaret, etſi hujuſmodi directio, directioni, quam aër circa flammam ſponte ſequitur, oppoſita eſſet.

Itaque ſiphones binos ex vitro ſelegit, quorum crus alterum intra clauſum recipiens inſinuavit, dum alterum extra ipſum emergebat: incluſa crura non eandem habebant altitudinem, ſed unum ſupra flammam eminebat, alterum infra ipſam deprimebatur: ex hoc aërem ore exhantlari, juſſit, atque ejuſmodi exhantlationibus flammam vivam ſervari obſervavit, quanquam aër ex infimo ſiphone eductus nonniſi ab aëre per ſupremum ſiphonem irruente reparari poſſet, ſicque a ſuperiori ad inferiorem ſiphonem aëris curſus dirigeretur. Ceſſante exſuctione flamma extinguebatur, quemadmodum juxta §. 11. contingere debebat: jam vero binos ſiphones adhibuit, quorum incluſa crura, vel utraque ſupra flammam eminebant, vel utraque eadem depreſſiora exiſtebant, & in utroque caſu, hauſto ex altero ſiphone aëre, flammam vixiſſe deprehendit.

19. Haec autem experimenta eo magis paradoxa nobis videbantur, quod poſtremum Haleſii experimento ſuperius deſcripto (9) oppoſitum eſſet; itaque tum caetera experimenta, tum inprimis hoc ipſum non ſemel, aut iterum, ſed ſaepius omni diligentia, ac ſollicitudine inſtituimus, cumque eventus idem conſtantiſſime ſe proderet, ſuſpicati ſumus Haleſium ampliori, altiorique recipiente uſum fuiſſe, adeo ut fluxus aëris ab uno ad alterum inferiorum foraminum abſolveretur, intereaque aër ſuperior, qui flammam

cir-

circumdaret, immotus remaneret, vel eundem Halesium sero nimis embolum agitasse, flamma jam languida facta, vel demum majori, minorive, quam par esset, celeritate embolum commovisse, eo vel maxime, quod ex postremis hisce caussis, flammam in nostris experimentis non semel extingui contigisset.

20. Neque solum alienis experimentis, verum etiam nostris, & praeconceptae theoriae mox proposita experimenta adversari videbantur: nam ex illis conficiebatur, vel qualencumque aëris motum, & agitationem flammae servandae aptam esse, vel flammae vitam non ab aëris motu, sed ab ejus renovatione repetendam esse. Itaque unum, eundemque inclusum aërem agitare primum coepimus, ut videremus, num agitatio aëris, quae ipsius renovationem nullam producat, flammae servandae sufficeret; si enim secus contingeret, concludendum erat motum aëris non per se ipsum flammam servare, sed quatenus per motum continua aëris mutatio perficeretur: cum vero aëris varia agitatione flamma sustentari non potuisset, tunc eo magis dubitavimus, etiam in proposita machina (15) flammam vixisse ob aëris renovationem potius, quam ob ipsius circuitum certa lege, certaque directione excitatum: dilatato enim folle, si aliquod vel minimum in machina foramen remaneret, tantum aëris per ipsum in machinae cavitatem penetrare oportebat, quantum aucta erat aperti follis capacitas, eodemque constricto, aequalis aëris quantitas per idem foramen iterum erat expellenda, eaque ratione aër renovari potuisset.

21. Experimentum quidem in machina pneumatica primum fuerat institutum, sed cum nullum barometrum fuisset appositum, quo certi essemus externum aërem prohibitum fuisse (13), ideo illud experimentum apposito siphone iterandum esse censuimus; cum vero ea methodus incommoda esset ob multiplices juncturas, quae promte pro quovis

expe-

experimento erant perficiendae, commodiorem apparatum Eques Salutius exhibuit: binos ſcilicet tubos vitreos binis machinae pneumaticae foraminibus, per quorum alterum aër hauriri, per alterum expelli ſolet, firmiter glutinavit, qui quidem tubi ab illis foraminibus diſcendentes, ita protendebantur, ut ad vas aquam continens pervenirent, ibi flexi normaliter erigebantur, ita ut alterum aliquot tranſverſos digitos ſupra aquae ſuperficiem aperiretur, alterum multo altius deſineret: tuborum aperturae conis cartaceis tegebantur, ut aëris introëuntis, aut prodeuntis impetus frangeretur, ex quo vicina flamma extingui potuiſſet: deinde inter binos tuborum ramos in eodem vaſe accenſa candela collocabatur, cujus flamma altero tubo depreſſior, altero elatior erat, & medium fere inter ipſorum altitudinem locum tenebat: poſtremo tubi aqua immerſi, & candela ſimul, campana vitrea tegebantur, cujus limbus aliquot tranſverſos digitos infra aquae ſuperficiem demergebatur, eoque pacto aqua omnem externo aëri in campanam aditum intercludebat. Agitato autem embolo, ut per altioris tubi oſtium aër exſugeretur, & mox per inferioris orificium iterum propelleretur, alterne aqua intra campanam aſcendebat, ac deſcendebat, qui quidem aquae alterni motus externum aërem excludi ſignificabant; at vero depraehendimus candelam ex tali aëris ab inferioribus ad ſuperiora circuitu, ſervari non potuiſſe, & ex contraria aëris directione non magis ſuſtentari; quin imo ejus vita ex hujuſmodi aëris circuitibus, non magis durare viſa eſt, quam ſi aërem immotum relinqueremus: quando autem aquae copia minor in vaſe erat, adeo ut educto embolo trans ipſam bullarum ſpecie externus aër in campanam inſinuari, & eodem reſtituto eadem via expelli poſſet, tunc utique flammam ſervari obſervavimus, ex quibus intelleximus in machina ſuperius deſcripta (15), non certa aëris directione, sed ejuſdem renovatione flammam ſuſtentatam fuiſſe

(e);

(*e*); ex aperturis citra vitrum aeque periisse (16), non quod externus aër admitteretur, sed quod directe nimis aëris unda in flammam irrueret.

22. Neque vero difficile est intelligere, cur per bina foramina, quae verticalia non sint, aut in apparatu §. 11., & 18., aut demum in nostra machina, aër sponte non renovaretur; nam aër ex flamma rarefactus, ac specifice levior a graviori aëre circumposito ad superiora impellitur, nec nisi ea directione e lanterna prodire potest; ut autem expellatur necesse est externum aërem, & quidem per inferius foramen, eidem succedere; nam si externo aëri per superiora tantum foramina aditus pateat, is suo nisu rarefactum aërem, qui contraria directione prodire conatur, intra lanternam coërcebit, nisi tanta fuerit superiorum foraminum amplitudo, ut ingressuro, & egressuro aëri eodem tempore transmittendo sufficiant, quo in casu per ea sola foramina aër renovari poterit, & flamma servari: & hanc quidem theoriam experimento alio de la Grange confirmat (4); nam lanternae ostio inferiori patente, ad ostium superius tubum curvum accommodat, qui si sursum vergit, flammam servat, si deorsum, eandem suffocat, quod scilicet sursum vergens, aëri rarefacto, & ad superiora tendenti aditum praebeat, deorsum directus, aëris rarefacti directioni opponatur, eundemque intra lanternam coërceat. Ex his etiam deducitur, in experimento Equitis Salutii, unico foramine flammam vixisse, non quod foramen superiora modo, modo inferiora teneret (5), sed quod ex agitatione per unicum etiam foramen aër renovaretur, qui, lanterna quiescente, renovari non potuisset.

23. Id igitur commodi habet proposita machina, ut aërem renovet, quando sponte non renovaretur, adeoque iis in locis flammae sustentandae inservire poterit, ubi ob loci figu-

(*e*) Jam aliqua talis machinae species apud Boyleum extabat (nov. exper. de relat. inter flammam, & aërem exp. 4. p. 21.), qui folli communi, & in posteriori parte aperto ad renovandum aërem utebatur.

figuram aër circa flammam sponte renovari non potest, quae ob eam caussam cito suffocatur. Quum vero ea renovatio per quaevis minima foramina eo pacto persici possit, per quae ignis scintillae transmitti nequeunt, machinam eandem utilem esse posse censemus, si quando nocturno tempore pulvis pyrius conficiendus, aut aliquo modo pertractandus sit, cum omni incendii periculo vacet: in ea autem machina valvulas supervacaneas fuisse posteriora experimenta (18, & seq.) demonstrarunt. Et priorem quidem theoriam (15, 16) minus accuratis experimentis (13) innixam missam fecissemus, nisi ejus fama evulgata fuisset. Nostrum igitur esse duximus magnorum virorum exemplo candide rem totam profiteri, eoque libentius id fecimus, ut ostenderemus Cl. Viris, quorum sententias alicubi minus probavimus, nos non contradicendi studio, sed veritatis amore in id adductos fuisse, cum eandem nos in emendandis opinionibus nostris severitatem, quam in aliorum sententiis perpendendis adhibuerimus.

24 Postquam solum aëris circuitum flammae servandae ineptum esse comperimus, tela lanea oleo tartari imbuta tuborum orificium Eques Salutius munivit, ut aër per illam trajectus a vaporibus expurgari posset; Halesii, ut ita dicam, conjectura excitatus (*f*), veruntamen flamma cito interibat. His non contentus superius aperti recipientis ostium ampullae ventre replevit, & commissuras glutinavit, venter autem ex contenta aqua frigidus servabatur, eoque artificio aërem a flamma sub recipiente posita rarefactum, & admixtos vapores refrigerare, ac condensare contendebat, ut flammae vita produceretur; siquidem ex nimia ambientis aëris rarefactione, aut admixtis vaporibus interiret: sed hoc tentamen non minus inutile fuit, quam praecedens, idemque fuit eventus, quando *refrigeratorium*,



(*f*) Exp. 117. p. 232. 233.

& filtrationem simul adhibuit, cum inde flammae duratio sensibiliter producta non fuerit.

25. Tum ego non per telam tantum liquore imbutam, sed per crassum diversorum liquorum stratum aërem flammae circumpositum crebro trajiciendum suasi, cum superioris experimenti (23, 24) apparatus opportunus esset, dummodo brevior alterius tubi ramus, per quem aër in recipiens restituitur, ad liquoris fere libellam frangeretur. Ita enim exhantlato aëre ex altiori ramo, sicque elevato liquore, brevioris rami aperturam liquore ipso tegi oportebat, & propterea aër per eam aperturam impulsus, in recipiens penetrare non potuisset, nisi per superpositum liquoris stratum bullarum specie permearet, qua trajectione non modo a vaporibus expurgari, sed & refrigerari, ac condensari debuisset: ad praeveniendam vero liquoris in breviorem immersum tubum, indeque in antliam pneumaticam irruptionem Eques Salutius ipsum non recta ex antlia in vas aquam continens deduci, sed in arcum flecti curaverat, qui continuus non erat, sed in suprema parte interposita phiala vitrea interruptus, ut in ipsam absorptus liquor proprio pondere deponeretur. His ita paratis aërem per aquam, per oleum, per nitri solutionem, per fortem solutionem salis tartari successive trajecimus, sed flammae recipienti inclusae vita haud sensibiliter inde protracta fuit.

26. Quoniam igitur constiterat non fumo, aut aquosis vaporibus (1, 24, 25), non absorpto aëri, aut destructae ejusdem elasticitati (3, 4), non ipsius rarefactioni, propter quam ad flammam circa elycnium coërcendam ineptus evadat (24, 25), flammae extinctionem clauso in spatio tribuendam esse, unica supererat hypothesis a Physicis proposita; quod scilicet flammae nutrimentum clauso in aëre contentum a flamma brevi absumatur (*g*), & id quidem nutrimen-

(*g*) Quae Boylei conjectura est in suspic. de latent. aër. qualit p. 8, & Musscenb. Essai de Physiq. §. 999., & Laghii Commen. Bonon. t. 4. pag. 88.

mentum a nitrofis falibus per aërem diffufis in primis ortum ducat: quae hypothefis aliquam veri fpeciem praefeferre videbatur, tum ex eo, quod caeteras reijciendas effe experimenta demonftraverant, tum quod pinguia corpora nitrata, ut pulvis pyrius, vel in vacuo boyleano flammam concipiant; fperabam igitur candelam diutius intra claufum fpatium victuram, fi nitro pulverato elycnium, & febum infpergerentur, fed aeque cito extincta eft. Eques vero Salutius rem eandem aliter tentavit. Nam campanae, qua flamma tegebatur, limbum, in nitri fpiritum fumantem immerfit, ut inde erumpentes nitrofi fpiritus per campanam difperfi flammam circumdarent, fed fimiliter flammam perire obfervavit, ac fi aqua, vel liquor alius loco nitrofi fpiritus campanae limbum obtegiffet. Hypothefim itaque confumti pabuli perinde ac caeteras experientia edocti deferendam effe intelleximus.

27. Id nihilominus certum permanere videbatur aërem claufo in fpatio ab inclufa flamma vitiari, cum eamdem diutius alere nequaquam poffet, etfi quale hujufmodi vitium effet, detegi nondum potuiffet: quapropter experiri volui, num aër, in quo flamma fponte extincta fuerat, alteram flammam injectam fuffocaret; proinde fub campanam vitream difpofitam ut §. 3. accenfam candelam per inferiorem aperturam infinuabam, & poftquam fponte extincta fuerat, accenfam aliam per eandem aperturam immittebam: temporis momento fuffocabatur, imo poft aliquot minuta accenfa candela immiffa fimiliter peribat, ex quo confirmatur per unicam etiam amplam campanae aperturam aërem fponte non renovari (23); idque in cauffa effe cur intra ipfum flamma diu vivere non poffit.

28. Cum itaque aërem flamma ita perverti obfervarem, ut poft aliquot minuta temporis eandem indolem retineret flammae exitialem, inquirere praeterea conftitui, an non longiori temporis intervallo, refrigerato aëre, & flam-

mae vaporibus ad latera excipuli ſubſidentibus, priſtinam ſalubremque naturam aër ille recuperaret: quoniam vero aër intra campanam relictus, quae inferiore parte patebat (§. praec.), leviori quacunque vicinorum corporum agitatione ſenſim ſenſimque renovari potuiſſet, idcirco malui ſupra lancem metallicam duobus rotundis foraminibus perviam campanam eandem glutinare. Per alterum foraminum in lance patentium ſipho vitreus mercurium continens traductus fuerat, & cera firmatus, per alterum accenſa candela in recipiens inſinuari poterat, & interim mollis cera, cui candela inſiſtebat, foramen illud obturabat. Extincta itaque candela vidimus mercurium in ſiphone contentum adſcendiſſe, ob condenſationem ſcilicet aëris, qui a flamma fuerat rarefactus, forte etiam ob ejuſdem abſorptionem, & mercurii ſupra libellam ſuſpenſio per tredecim, & ultra horas perduravit, quod nos certiores fecit toto eo tempore exteriori aëri in recipiens aditum denegatum fuiſſe, proinde aërem renovari non potuiſſe. Eo tranſacto tempore, imo & multo antea recipientis cavitas limpida facta fuerat, & ad latera vitri ros fuerat depoſitus ex fumis, vaporibuſque extinctae candelae in liquorem condenſatis. Tum igitur candelam prius extinctam, quae obturaculi inſtar erat, leniter eduxi, ne aër recipiente contentus commoveretur, & accenſam aliam per id foramen in recipiens inſinuavi. Vix flamma intra recipiens penetraverat, cum repente extinguebatur, perinde ac ſi in aquam immergeretur (*h*). Quod cum oſtenderet aërem flamma vitiatum diu id vitium retinere, confirmare videbatur ejuſmodi vitium, neque calori,

(*h*) Haleſius accenſam candelam ſub recipiente poſitam, in quo alia mox extincta fuerat, non ſtatim ſuffocari obſervavit, ſed $\frac{1}{9}$ temporis perdurare, quo prior candela vixerat (pag. 202.). Veruntamen id eveniſſe videtur, quod Auctor recipiens e loco movere, & ab aqua, in quam immerſum erat, eximere debuerit, ut accenſam candelam illi ſubſtitueret, quae mox fuerat extincta, illiſque commotionibus recipientis aërem ex parte ita renovaverit, ut flamma aliquamdiu vivere potuerit.

lori, qui jam dudum diſſipatus fuerat, neque vaporum mixtioni, qui condenſati ſubſederant, eſſe adſcribendum.

29. Poſtquam comperiſſem, aërem per flammam traductum, flammae alendae imparem effici, in lanterna, quam deſcripſi §. 4., duo tantum verticalia foramina aperta relinquebam, & accenſa candela intra ipſam incluſa, ſuperiori foramini flammam admovebam; extinguebatur. Aër ſcilicet ab inferiori foramine ad ſuperius movetur (7); propterea flamma ſuperiori foramini admota aërem recipit per flammam lanternae trajectum, qui prava ſua qualitate eandem ſuffocat ( §. praec. ).

30. Quod ſi inferiori foramini flammam admoverem, candela lanternae incluſa extinguebatur; quod nempe aër per inferius foramen in lanternam penetrans ( 7 ), per admotam flammam traiici cogeretur, a qua ita mutabatur, ut lanternae flammam ſervare non poſſet; extinguebatur autem ſive adpoſita candela ex ſebo eſſet, lanternae vero incluſa ex cera, ſive contra; ſive utraque ex ſebo eſſet, ſive utraque ex cera, ſive aequales, & aequali elycnio praeditae eſſent, ſive alterutra major, majorique elycnio praedita eſſet. Qua propter cum nec alimenti qualitas, nec elycnii magnitudo experimenti exitum immutaverit, videtur aërem per flammam unam trajectum alteri cuicumque alendae aeque ineptum evadere.

31. Quum autem animadverterem, non flammam ſolum, ſed & accenſos carbones (*i*) clauſo in ſpatio ſuffocari, utriuſque phaenomeni eandem cauſſam eſſe ratus, ad inferius lanternae foramen ardentem prunam ita admovebam, ut ab ipſo foramine non nihil diſtaret, & liberum aëri intra lanternam aditum relinqueret; flamma tamen lanternae incluſa ſuffocabatur; quod ſi prunam lanternae includerem, & ad ſuperius lanternae oſtium flammam admoverem, haec protinus extinguebatur.

32.

(*i*) Muſſchenb. Eſſai de Phyſiq. §. 994.

32. Hauksbejus porro fuerat expertus, aërem per candentia metalla trajectum, & intra recipiens collectum, flammae exitiale fuisse. Hac autem methodo praestantissimus Physicus usus est (*K*). Recipiens amplum selegit in superiori parte apertum, cujus apertura lamina cuprea, & interposito molli corio, accurate claudebatur; ex parvo foramine in lamina cuprea aperto tubus erigebatur auricalceus, clavi versatili munitus, ut communicatio inter recipiens, & tubum pro opportunitate induci, vel tolli posset: tubi extremitas opposita in cavitatem crassae mollis cupri insinuabatur, ita tamen, ut inter tubum, & illius massae cavitatem aër penetrare posset; recipiens aëre exhauriebatur: metallica massa interim prunis immersa candebat: clavis aperiebatur: aër in cavum recipiens penetrans per ardens metallum transire cogebatur, a quo ita vitiabatur, ut ablata lamina cuprea tegente flamma in ipsum immersa protinus extingueretur. Quod experimentum cum perpendissem, metalla candentia non aliter aërem vitiasse arbitrabar, quam a flamma, aut accenso carbone nostris in experimentis vitiatus fuisset. Igitur, & inferiori lanternae foramini candens ferrum admovi, ut aër per id foramen irruens ferrum in transitu lamberet. Observavi autem ex ipso ferro lanternae flammam similiter interiisse.

33. Jam vero, si ex vaporum e flamma exhalantium mixtione aër vitiaretur, profecto tot, ac tam diversae substantiae, quibus flamma ali potest, & quae tot diversos halitus emittunt, unum eundemque effectum non praestarent: at demonstravimus non flammas solum diversas, & vario pabulo altas, sed & carbones accensos, imo & candentia metalla proximum, & circumfluentem aërem ita mutare, ut alendae flammae impar evadat. Quapropter calore potius, qui idem est in omnibus hisce corporibus, nec nisi gradu

(*K*) Saggio delle transaz. filosof. del Sig. Dereham t. 3. p. 124.

gradu in ſingulis differre poteſt, quam exhalantibus effluviis, quae mirum in modum in ſingulis diſcrepant, aërem vitiari arbitrabar, eoque magis quod nec condenſatione, nec ſiltratione, nec ullo alio artificio (24, 25), id aëris vitium emendari, aut imminui potuerit.

34. Obſervaverat porro idem Cl. Auctor, aërem per tubos vitreos candentes trajectum non ſimiliter vitiari: quum vero mea experiundi methodo hujuſmodi tentamina facile perſicerentur, libuit & hoc ipſum explorare. Itaque vitri ſolidi maſſam in rudem quandam annuli formam effictam, & extremitati tubi vitrei annexam in ignem injeci, ibidemque retinui donec candeſceret: tum vix ab igne eductam proximae lanternae inferiori foramini admovi, ut aër per candentem annulum tranſire cogeretur: flamma nihilo minus, quam ex candente ferro extincta eſt. Dedimus porro operam in hiſce experimentis, ne candente metallo, aut carbone, aut vitro foramen inferius clauderemus, ſed ad latus foraminis ita aptabamus, ut influentis aëris tranſitum nullo pacto impedirent, adeo ut ſi frigida eodem ſitu aptarentur, nullum incluſae flammae detrimentum afferrent: imo obſervavimus, trajecto per ea candentia corpora aëre, citius, quam eodem intercepto, flammam ſuffocatam fuiſſe. Haec autem experimenta, cum facilia ſint, poterunt qui rebus hiſce delectantur ſuis ipſi oculis eorum veritatem confirmare: id tantummodo caveant velim, ne vitrum nimis tenue ſit, aut non ſatis candens, neve tardius admoveatur; vitrum enim cito calorem amittit, eoque citius, quo tenuius fuerit: unde aëri pervertendo ineptum evadit, quemadmodum experiundo deprehendimus.

35. Quoniam autem vitrum candens effluvia in aërem emittere, aut ex aëre nutrimentum haurire vix veroſimile videtur, ſi ejuſdem fixitatem, & immutabilitatem in igne attendamus, in ea opinione confirmabar, calore potius, quam abſorptis, aut emiſſis particulis aërem labefactaſſe.

36.

36. Sed quae tandem hujuſmodi mutatio eſt ab igne inducta, propter quam aër eidem diutius alendo ineptus ſiat? rarefactionem non eſſe, aut mutatam aliam ſenſibilem qualitatem, tum vitii conſtantia oſtendere videbatur (27), tum Hauksbei teſtimonium, qui in aëre per candentia metalla trajecto nullam ſenſibilium ejuſdem qualitatum mutatam, conſulto inſtitutis experimentis, ſe deprehendiſſe (*l*) teſtatur; tum demum Greenwoodii tentamina, qui aërem putei, in quem demerſa candela extinguebatur, in ſenſibilibus ſuis qualitatibus mutatum minime fuiſſe comperit (*m*). Nihilominus cupiebam aërem, qui per flammam, aut prunam, aut ardens vitrum trajiciebatur, prius per aquam frigidam trajectum refrigerari, antequam ad flammam alendam perveniret, ut rarefactionis ſuſpicio omnis tolleretur. Ad id Eques Salutius per foramen poculi ad fundum pertuſi tubum vitreum trajecit, & ita glutinavit, ut poculum infuſam aquam contineret, poſtea ſuperius tubi extremum in inferius lanternae foramen immiſſum ſimiliter glutinavit, ac demum ad inferiorem aperturam, flammam, prunam, candenſque vitrum identidem admovimus, & flammam lanternae incluſam non minus perire obſervavimus, ac quando haec ad lanternae foramen immediate admovebantur. Quamquam vero aërem trajectum per tubi portionem aquae immerſam refrigerari, ac condenſari omnino debuerat; ipſum tamen Hauksbei experimentum renovare conſtitui, ut de aëris condenſatione eo tutior eſſe poſſem; ſed tubi ardentes, ex impetu irruentis aëris conſtringebantur: ſi vero candens vitrum ad foramen admoveretur, per quod aër in recipiens vacuum penetrare debebat, cito adeo refrigerabatur, ut aër ſufficientem caloris gradum experiri non poſſet, ex eo vel maxime, quod tanta celeritate aër in vacuum recipiens irruat, & tanta proinde celeritate per can-

(*l*) Loc. cit.
(*m*) Lib. mox cit. tom. 5. p. 10. 11.

candens vitrum trajiciatur, ut sufficientem ex ipsius calore mutationem neutiquam pati videatur: idcirco eam methodum deseruimus, eoque libentius, quod simpliciorem, commodioremque Eques Salutius proposuisset, ut scilicet phiala vitrea, longo collo instructa, nudo igni immediate exponeretur. Collo vesicam flacidam circumligavimus, ut aër, qui vi ignis rarefactus e phiala erumpebat, eadem excipi posset; & postea frigore condensatus ex vesica in phialam iterum pelleretur pressione externi aëris, qui eo pacto ab ejusdem cavo arcebatur. Experimentum scilicet expectationi respondit. Nam phiala tamdiu in igne relicta, donec candesceret, vesica intumuit, postmodum, phiala ab igne remota, & refrigerata, pristinam flacescentiam vesica adepta est, fractoque demum inversae phialae collo, & immissa in ejus cavum ardente flamma, protinus extingui observavimus, perinde ac si aër alia flamma corruptus fuisset.

37. Cum vero id experimentum demonstrasset caloris vi talem in minimis particulis aërem componentibus mutationem induci, ut igni sustentando ineptus evaderet; sperare coepi, frigore, quod contrariam mutationem induceret, quaecunque demum ea mutatio esset, pristinam aëris constitutionem restitui posse: et experimentum quidem spem haud frustra conceptam fuisse comprobavit; cum enim candelam accensam per vitreae lagenae breve collum in ipsius cavitatem insinuassem, & accuratissime molli cera colli orificium obturavissem, flammam sponte extingui sinebam, ut aër lagena inclusus corrumperetur: deinde, circumposita glacie, lagenam refrigerari curabam, & per duodecim quidem horas in eodem frigoris gradu detineri; postea, lagena e glacie educta, expectabam, donec ad cubiculi temperaturam ejus calor restitutus esset; & inversa demum lagena, ac reserato collo, accensam candelam in lagenae ventrem intromittebam: flamma aliquandiu viva servabatur; idque experimentum aliquoties eodem eventu interavimus. Quando

 vero

vero per duas, tresve horas duntaxat intra glaciem lagena detenta fuerat, pristinam indolem flammae exitialem contentus aër retinebat: ex quibus intelleximus frigus, & quidem diuturnum requiri ad pravam aëris indolem corrigendam, quae ex ingenti calore orta sit.

38. Idem experimentum etiam in aëre ex ignis exteriori actione corrupto Eques Salutius tentavit: scilicet lagenam vesica obturatam, quemadmodum §. praec. descripsimus, & ab igne paullo ante eductam in comminutam glaciem immersit, ibique per plures horas detinuit, ac similem effectum assecutus est; ut scilicet immissa in inversae, & reseratae lagenae cavitatem flamma, viva servaretur. Quae quidem experimenta, quanquam haud facile in praxim traduci possint ad flammae vitam clauso in spatio protrahendam; novam tamen lucem in physicam quaestionem hactenus obscurissimam afferre videntur, eaque de caussa Physicis haud ingrata futura esse speramus.

39. Adhuc de postremo experimento (37) dubitatio aliqua mihi supererat (jamdiu enim vel nostro periculo didiceram, quanta in experimentis cautela adhibenda sit), quippe etsi cera, lagenae, quae in glaciem immersa fuerat, ostium, qua fieri potuerat accuratione obturassem, nullum argumentum suppetebat, quo certus essem obturaculum omnem externo aëri aditum prohibuisse, in primis quando glaciei frigore, condensato interno aëre, externus in recipiens irruere conabatur. Ut ergo mea haec dubitatio solveretur, vas vitreum propemodum cylindricum elegi, quod undique clausum erat, sed prope summitatem binos tubos continuos habebat, qui in ipsius cavitatem hiabant: tuborum alteri sipho vitreus mercurium continens conglutinatus est, per alterum accensa parva cerea candela in cylindri cavitatem immissa fuit, & interim molli cera, cui candela insistebat, tubum ipsum accurate obturavimus. Flamma per 25.″ aut 30.″ perduravit: post quam vero extincta est, mercurium in

ad-

adnexo ſiphonis crure uno circiter pollice ſupra libellam elevatum fuiſſe vidimus, ſive id ex aëris prius a flammae calore rarefacti condenſatione, ſive ex aliqua etiam ipſius aëris abſorptione oriretur: quando vero vas craſſo glaciei ſtrato undique fere circumdatum, & refrigeratum fuit (iis nimirum exceptis locis, ubi cera tubi obturati fuerant, quae ex glaciei, & aquae attactu a vitro ſecedere potuiſſet) mercurium adhuc tribus, quatuorve pollicibus ſupra libellam elevari vidimus, ex aucta ſcilicet interni aëris condenſatione: addita vero pro opportunitate glacie in ejus locum, quae ſolvebatur, & effluebat, vas in eo ſtatu retinuimus per 6. circiter horas, locus autem mercurii in ſiphone, tum ante admotam glaciem, tum poſt ipſam adhibitam filo notatus fuit: poſtremo e glacie vas eduximus, & in cubiculi temperatura diu reliquimus, ſenſimque ad priorem notam mercurium deprimi obſervavimus, non ultra deſcendere, multo minus ad libellam componi. Ex quo conſequebatur nec aëris elaſticitatem ex eo frigore fuiſſe mutatam (cubiculi enim eadem propemodum temperatura erat) nec exteriori aëri in recipiens aditum toto eo tempore patuiſſe. Tum igitur obturaculum, cui extincta candela inſiſtebat, leniter eduxi, & accenſam aliam immiſi, ipſamque vixiſſe obſervavi, & tamdiu vixiſſe, quam cum recenti aëre vas plenum erat, ut aër ille procul dubio, contractum a priori flamma vitium depoſuiſſet.

40. Boerhaavius porro experimenta plura protulit partim ſua, partim ex aliis Auctoribus ſelecta, quibus probavit, corpora ſulphurea incluſa vaſis, in quae aër non admittatur ex igne extrinſecus admoto, quantumvis vehementi nec inflammari, nec in partes reſolvi poſſe. Quae quidem experimenta, cum ad rem noſtram mirifice faciant, huc afferenda eſſe cenſui. Inquit itaque Vir Celeberimus (*n*).



(*n*) Ch. t. 1. pag. 220.

*Unus, idemque ignis, applicatus eidem corpori, ſed cum diverſis circumſtantiis, mirifice totam ſuam actionem variat, inprimis quidem pro vario admiſſu aëris ſimul in operatione ipſa. Sumſerat carbonem Hookius, incluſerat pyxidi ferreae carbonem, dein operculo, cochlea accurate facta adacta, vas accuratiſſime occluſerat. Sic commiſerat ingenti igni diu. Neque interim tam violenta actione ignis carbo exuſtus erat, ubi eximebatur poſtea. Vid. vitam ejus in poſthumis pag.* XXI. *unde collegerat ſubtilis Philoſophus, aëra eſſe menſtruum, quod agitatum igne, omnia diſſolveret corpora ſulphurea; quum ignis ſine aëre id praeſtare non poſſet: idem in deſtillationibus jam olim Helmontius in carbone ſuo fixo obſervaverat. Et Papinus Recueil des machines pag.* 25. 26.. *Et ſcobem ego lini guajaci ſubtilem, coram vobis, utſi adeo diuturno, adeo violento igne; oſtendi tamen nigerrimam foecem ſuperſtitem retinuiſſe oleum ſibi, nulla ignis potentia ex retorta expellendum. Simulac vero pulverem hunc carbonarium, patina larga exceptum, parva ſcintilla impoſita, examinabam, ſtatim omne nigrum oleum, cum fumo aromatico, cedrino, conſumebatur, & vertebatur ſcobs in cineres incluſos, candidos. Camphoram ſpectate, Auditores. Tota in aëre conſumitur incenſa ſemel, licet aquae innatet. Pone in vaſe vitreo puro, cum alembico impoſito, ſupra ignem, liqueſcit, aſcendit in alembicum, concreſcit in novam, eandemque iterum immutatam camphoram, idemque obſervabitur repetenti ſaepius. Nonne ſulphur vaſis clauſis coercitum, ſublimatur centies, ſemper manens ſulphur idem? Si vero inter ſublimandum rimam vas contraxerit, atque liquefactum ſulphur hac rima aëri contiguum evaſerit, flammam capit ſubito, atque ocyſſime in flammam caeruleam; & acidum fumum reſolvitur. Succinum certe in aëre aperto incenſum totum fere deflagrat, flammam, ignemque alit. Idem ſi ſummo egeris, ſed lento gradu aucto igne, ex retorta in excipulum, aquam, ſpiritum, ſalem volatilem acidum, oleum multiplex conficies, facieſque tandem igne maximo, ut tota ſubſtantia*

*per*

*per collum retortae transcendat, ut saepe quidem praestiti. Ignis igitur sine aëre, vel cum eodem immoto, suffocante, agens in materiem inflammabilem, penitus alia efficit.* Haec cum perpenderem, a summi Viri theoria non nihil recedebam; neque enim aëris immobilitas, aut defectus prohibere posse videbatur, quominus corpora in clauso spatio accenderentur, cum flamma ex iisdem orta, & vasis inclusa, ad tempus aliquod ardere pergat, eoque diutius, quo vasa ampliora fuerint, donec nempe omnis aër in vasis contentus flammae calore fuerit corruptus (27, 28): verosimilius propterea videbatur, exteriorem ignem, interea dum corpora calefacit vasis contenta, conclusum aërem ita pervertere, ut ipsorum inflammationi inservire non posset (26). Cum vero cogitarem specula caustica etiam, quae validissima sunt, calorem omnem in angustum spatium ita colligere, ut ad paucorum pollicum a foco distantiam calor mediocris omnino sit, (*o*) per ipsa corpora vasis inclusa calefieri vehementer posse conjiciebam, quin ambiens aër ex calore corrumperetur, atque adeo eo pacto, & inflammari, & ex inflammatione in partes resolvi debere; neque vanam conjecturam fuisse experimentum comprobavit: cum enim in amplam lagenam vitream recenti aëre plenam carbonem, sulphur, camphoram, successive immisissem, &, accurate obturato lagenae orificio, contenta corpora foco radiorum solarium per causticam lentem (*p*) collectorum exposuissem, ex unoquoque horum corporum fumum erumpentem observavi, & carbonis superficiem pluribus in locis in cinerem redegi, & ex camphora demum, ac sulphure veram flammam excitavi, quibus rite perpensis, extra controversiam positum esse videbatur, igne exterius adhi-

(*o*) Calor in distantia 5. pol. a foco speculi Vilettiani vix est 190. graduum ther. Faranehir. (Boerh. Ch. r. 1. p. 129.) quanto igitur minor erit in eadem distantia a foco speculorum, aut lentium multo debiliorum? quanto minor in majoribus ab iisdem focis distantiis?

(*p*) Lens, qua usus sum, focum habebat ad distantiam semipedis circiter, convexo-convexa, erat quinque transversos digitos latitudine aequabat.

adhibito corpora vaſis incluſa inflammari non poſſe, ex eo, quod interea dum corpora ipſa ſuſcepto paullatim calore ad inflammationem diſponuntur, ambiens aër ſimul calefactus vitietur, & alendae flammae impar efficiatur: Et aërem quidem calore corruptum ipſum eſſe, qui ſulphuris inflammationem in vaſis clauſis impediat, confirmat Equitis Salutii experimentum, qui cum ſulphur in phiala anguſti colli contentum, igni impoſitum non inflammari cerneret, mutato ope follis aëre, flammam emiſiſſe obſervavit. Poſtremo pulvis pyrius, qui in corrupto ex calore aëre flammam emittit, is exterius admoto igne etiam accenditur (*q*): in corrupto autem aëre pulverem pyrium flammam emiſiſſe obſervavi, dum in recipiens, in quo paullo ante flamma ſponte extincta fuerat, quemadmodum §. 28. pyrobolum ex eodem confectum, & accenſum immiſi; nam intra id recipiens tamdiu arſit, quamdiu omnis pulvis conſumtus fuiſſet.

41. At Nobilis Boyleus non ſolum corpora vaſis vitreis incluſa, radiis lentis ope collectis, combuſerat; verum etiam paſtillo uſus fuerat ejus naturae, ut ſemel accenſus in libero aëre totus conſumeretur, atque obſervaverat, ubi ſemel paſtillus hujuſmodi vaſi incluſus ope lentis accenſus fuiſſet, eo majorem ipſius quantitatem combuſtam fuiſſe, quo vas amplius eſſet, aut aër denſior (*); adeo ut paſtillus tum demum extinctus fuiſſe videatur, quando ipſius calore omnis aër in eodem vaſe concluſus vitiatus fuerat, & igni communi alendo ineptus evaſerat.

42. Aër porro factitius e corporibus eductus immiſſam flammam ſuffocat, ut Cl. Phyſici obſervarunt (*r*), cujus quidem phenomeni ratio ex noſtris principiis deduci facile poſſe videtur; cum enim calore aër pervertatur, ita ut flam-

(*q*) Inter corpora inflammabilia ea tantum, quae nitrata ſunt in clauſo vaſe flammam concipere poſſe Macherus monet Ch. pratiq. t. 2. cap. 1. proc. 5.
(*r*) Boyle exper. phyſico-mech. cont. 2. artic. 5. exp. 3.
(*) Exper. phyſico-mech. cont. 2. artic. 7. exp. 2. 3.

flammae infensus evadat, cumque aër factitius, vel actuali igne educatur, vel effervescentia, aut putrefactione, quos motus utrosque ingens caloris gradus comitatur, vel demum e corporibus eruatur, quae ignis, calorisque actionem passa fuerunt, (*f*) patet et ipsum alendae flammae imparem esse debere (36).

43. Quod si nostra experimenta cum aliorum experimentis conferre pergamus, videmus Halesium aërem respirando jam ineptum, sola per telam laneam oleo tartari imbutam filtratione, iterum respirationi aptum reddidisse (*t*), cum contra nos aërem sustentandae flammae imparem, ne trajectione quidem per crassum ejusdem liquoris stratum, ad pristinam indolem restituere poterimus (25), quod significare videtur, aliam caussam esse interitus animalium in clauso spatio, aliam extinctionis flammae; hanc ex mutatione ab igne inducta oriri, illum ex admixtis haeterogeneis vaporibus, animali exitialibus, qui a filtris retineri possint: quae quidem sententia Boylei experimento confirmari videtur, qui cum accensam flammam simul cum animali intra recipiens clausisset, flammam cito perire observavit, & interim animal nullum adhuc molestiae indicium praebuisse; adeo ut id vitium, quod aërem flammae sustentandae ineptum reddiderat, nullum animali incommodum afferret (*u*).

44. Equidem inversam propositionem experimento explorans, observavi aërem, intra quem animal perierat, sustentandae flammae ineptum fuisse; cum enim in recipiente eo modo disposito, quo §. 28. passerculus inclusus fuisset, & periisset ex impedito novi aëris accessu, iis symptomatibus, quae a Cl. Viris jamdudum adnotata sunt, obturaculum eduxi, quo lancis foramen obturabatur, &, immersa

(*f*) Vid. suite de recherches sur le fluid. élast. par le Cheval. Saluce.

(*t*) Statiq. des vegetaux. exp. 116.

(*u*) Nova experimenta intra aerem, & flammam vitalem animalium exp. 1., & 2. Et Cl. Lagh. Comment. de Acad. Bonon. tom. 4. p. 88. in opusc., qui tamen observat passerculi mortem ex flammae vaporibus 36. celeriorem fuisse. ibid. p. 81.

mersa accensa candela in recipientis cavitatem, protinus extingui observavi, quod demonstrat aërem animali alendo ineptum, etiam ineptum fieri alendae flammae; forte quod vitium duplex contrahat ex animalis mora, alterum ab admixtis vaporibus, ex quo animali exitiale fiat, alterum actione pulmonum animalium, quos toties subire cogitur, ex quo flammae perniciosus evadat: et duplex quidem id vitium inesse videtur in aëre a carbonibus ardentibus, aut candentibus metallis corrupto ($x$), qui non tantum flammae exitialis est, ut aër a flamma alia vitiatus, sed & ipsis animalibus infestus deprehenditur.

45. Illud vero quaeri posset, num respiratus aër flammae exitialis evadat ex eo tantum, quod pulmonum calorem passus sit; num quod intra pulmonem, aut animale corpus ex alia caussa id vitium contraxerit. Nam quod ignis, & calor aërem sustentandae flammae imparem reddat (36), id non prohibet, quominus et aliae caussae id ipsum facere possint. In Physicis enim ita comparatum est, ut si errores vitare velimus, vix ultra experimenta progredi liceat: veruntamen haud leviter novae caussae excogitandae, aut admittendae sunt, ubi jam certa suppetat, cum compendiosa natura, una caussa, innumeros, ac mire diversos effectus producere soleat. Sequenti igitur experimento quaestionem definiendam suscepi. Ranam poculo vitreo, supra lancem metallicam (28) glutinato, inclusam, suffocavi: vixit autem per tres ferme dies. Una a morte hora lancis foramen aperui, & per ipsum accensam candelam in poculi cavitatem immisi: protinus extincta est, non secus ac in superiori experimento (44) contigisset. Cum vero ranae calor vix ullus sit, tuto concludi posse censeo, perversionem aëris ex suffocatis animalibus ortam calori minime tribuendam esse, ac proinde non una, sed pluribus de caussis nativam

($x$) Boyle l. c. exp. 2. Hauksbé l. c.

tivam aëris compagem ita vitiari, ut flammae alendae impar evadat: quamobrem nec definire audemus, num simile artificialis aëris vitium soli calori sit adscribendum (42), licet diuturno frigore perinde fuerit emendatum, ac si ex calore productum fuisset (ζ).

46. Neque solum quando animal demum interiit (44, 45), sed etiam multo ante aërem flammae infestum deprehendi; adeo ut deinceps, non flammam solum, sed et ipsas immissas prunas statim suffocaret. Quoniam vero aër in quo flamma extincta est, prunis non aeque noxius observatur, concludendum videtur, prunas, & animalium vitam (43) a leviori vitio, ex brevi flammae calore inducto, minus affici, dum ex graviori ejusdem speciei vitio, quod aut animalium vita, aut calor diuturnus prunarum induxit, vehementer laedantur. In eam itaque opinionem adductus sum, ut putem, ab exhalantibus vaporibus utique animalia in clauso vase plurimum laedi, sed multo magis a vitio, & perversione ipsius aëris haud absimili illi, quam diuturnus calor inducere potuisset. Profecto, quando experimentum Halesii (43), quo filtrationis ope, aër respirationi diutius aptus servatur, ita ab ingenuo Auctore propositum video, ut nec ipse satis eidem fidere videatur (*a*), multo minus vaporibus tribuendum censeo, quam principio fueram opinatus (43). Huc accedit quod vitium, quo aër ex suffocato animali inficitur, similiter diuturnum esse comperio, ac illud, quod ex extincta flamma nascitur (28). Nam Boyleus aërem, in quo animal ante quatuor horas interierat immisso alteri animali, trium minutorum spatio, mortem attulisse scribit (*b*),



(ζ) Vid. suite des recherches sur le fluide élast. &c. par le Chev. Saluce.

(*a*) Mais je ne sçai, si cela ne doit pas être attribué a quelque passage insensible que l' air avoit pû se faire à travers les ligatures, je ne me souciai pas même de répéter l'experience, crainte de m' altérer la poitrine en respirant si souvent ces vapeurs nuisibles. Statiq. des veget. exp. 116.

(*b*) Exp. physico-mechan. cont. 2. artic. 3. exp. 11.

quo certe tempore, animalis prius extincti vapores, qui aquosae indolis esse censentur (c) condensari, ac colligi debuissent: aër quoque factitius, undecim diebus, postquam e quercu fuerat eductus, vim veneficam retinuerat, qua immissum animal cito suffocavit (d): ex quibus erui posse videtur, aërem factitium, aut ex suffocatis prunis, aut animalibus depravatum multo gravius labefactari, ideoque non flammae solum, sed & prunis, & animalibus perniciosum esse; contra, qui flamma vitiatus fuit, flammae quidem nocere; sed, cum levius id vitium sit, quanquam ejusdem speciei, animalia, aut prunas manifeste laedere neutiquam posse. Caeterum, dum mutatae aëris constitutioni animalium in ipso inclusorum mortem tribuendam esse conjicio, minime inficior, collectis quoque vaporibus, animalia ipsa laedi plurimum posse; cum tam perspicua, tam vehemens sit diversorum effluviorum actio in nervosum systema, ut nonnisi temere in dubium revocari possit. Hoc tantum suspicor, vapores ab animalibus emanantes, ipsorum vitae minus, quam mutatam aëris crasim infensos esse. Quid quod flammam, cujus extinctionem in clauso aëre mutatae aëris constitutioni adscribendam probavimus (36), a quibusdam tamen odoratis effluviis laedi Laghius testatur (e)?

47. Sed jam forte nimis conjecturis indulsimus: enim vero nobis visum est, propositam quaestionem non prius solvi posse, quam plura in eam rem experimenta tentata fuerint, quorum inspecto eventu, difficultas tandem omnis evanescat. Primo enim definire oporteret, quousque varii alitus ex odoriferis corporibus emanantes, & per interclusum aërem dispersi, flammae in ipsum immersae nocere possint: nocere enim Laghius innuit, quantum vero noceant mi-

(c) Haller prim. lin. Physiol. §. 438.
(d) Hales apud Desagulierium. Vid. sag. delle transaz. filosof. tom. 4. pag. 61. Vim vero veneficam aëris artificialis ab aliis corporibus educti demonstravit Boyle l. c. art. 5.
(e) L. c. pag. 85.

minime proponit; deinde opus eſſet Haleſii experimentum (43) commodiori methodo, qua ſuperius uſi fuimus, (25) iterum inſtituere, omniaque ipſius phaenomena, quae ad hanc rem facere poſſent diligenter adnotare: poſtea definire, an vitium, quod ex ſuffocato animali aër contrahit, quodque, non ſecus ac vitium ex flamma natum, diuturnum eſſe innuimus (46), glacie ita emendari poſſit, quemadmodum id, quod ex flamma provenit (37, 38, 39): experimento demum decernere opus eſſet, num aër, qui ignis exterius admoti calorem diu paſſus eſt, poſtea refrigeratus (36) immiſſis animalibus incommodum afferat: experimenta, verbo dicam, omnia in flamma capta, mutato congruenter apparatu, in animalibus inſtituenda eſſent. Quandoquidem vero hujuſmodi experimenta multum operae, & temporis requirerent, quod nobis in praeſentiarum deficit, cum noſter hic liber jam ſub praelo ſit; idcirco in tempus aliud differenda eſſe ſtatuimus.

# DISSERTATIONES,

E T

OPUSCULA VARIA.

# MÉMOIRE
## DU CHEVALIER SALUCE
### *Sur la nature du fluide Elaſtique qui ſe dévelope de la Poudre à Canon.*

LEs ſentimens de ceux qui ont traité de la Poudre à Canon ſont ſi partagés ; leurs raiſonnemens ſont ſi brillants, & paraiſſent ſi bien apuiés ſur le vrai, qu'il n'eſt pas poſſible au prémier coup d'œil de ſe décider ſur l'eſtime qu'on en doit faire. Le plan que je me propoſe de ſuivre dans une matiére auſſi épineuſe, & ſi peu éclaircie, eſt de procéder le plus méthodiquement qu'il me ſera poſſible à un nombre d'expériences déciſives, dont je donnerai une exacte déſcription, après avoir expoſé en racourci le ſentiment de pluſieurs grands Hommes : des reſultats des expériences, je tâcherai de déduire toutes les conſéquences qui dépendent de l'entiére connaiſſance de la nature du fluide, & de la ſoigneuſe obſervation des phénoménes ; c'eſt par la voie d'un enchainement naturel de faits, que je chercherai de ſatisfaire aux doutes qui partagent les Phyſiciens ; je n'entrerai dans aucune queſtion qui ait rapport à la pratique : pluſieurs célébres Auteurs excités par l'importance, & la difficulté du ſujet y ont éxercé leurs talents. On a pû calculer l'action de ce fluide ſans en connaître la nature, & on a tiré de cette Téorie tous les ſecours, dont la pratique avoit beſoin. C'eſt un bonheur pour les hommes qu'ils puiſſent avec la ſeule connaiſſance des effets naturels, en faire des applications heureuſes aux uſages les plus utiles à la Société avant d' être assurés des causes qui les produisent.

I. Les opinions sur la cause de la force, & des effets de la Poudre à Canon, se peuvent réduire à deux principales: Mr. le Chevalier Isaac Nevvton (*a*), qu'on peut considérer comme Auteur de la prémiére, pense que la subite & véhémente raréfaction de la matiére qui s'enflame, & s' échause très-vivement la convertit en vapeurs, dont l' action violente se manifeste par une explosion & une force prodigieuse; car dit-il le charbon & le souffre qui s' allument aisément, mettent en feu le salpêtre, dont l' ésprit converti en fumée détonne avec violence. Les vapeurs qui provienent du volatil du souffre ne contribuent pas peu à en acraitre la force. Mr. Wolff, & plusieurs autres Auteurs pensaient de même (*b*).

2. La seconde opinion est, que, lorsque la Poudre prend feu il se dévelope un fluide, dont l' élasticité était auparavant fixée, & qui gardait la forme d' un corps solide.

3. Quoique ce principe soit adopté par plusieurs illustres Auteurs, Mrs. Boyle (*c*), Papin (*d*), Jean Bernoulli (*e*), de la Hire (*f*), Belidor &c., tous ne con-

(*a*) Pulvis tormentarius, quum ignem concipit, abit in fumum flammantem. Carbo nimirum, & sulphur ignem concipiunt facillime nitrumque accendunt; nitrique spiritus inde in vaporem rarefactus, proruit cum explosione; similiter ac aquae vapor ex aeolipila. Sulphur quoque, ut est volatile, convertit se itidem in vaporem; id quod explosionem illam adauget . . . . . . . . . . Explosio itaque pulveris tormentarii oritur ex celeri ac violenta actione, qua tota permixtio subito, & vehementer calefacta, rarefit utique, vel convertit se in fumum sive vaporem: qui denique vapor actionis istius violentia eodem tempore candefactus, flammae nimirum speciem exhibet. Quaest. x. post. opt. pag 139. 140.

(*b*) Musch. Phys. tom. 1. pag. 432.

(*c*) Op. var. pag. 36.

(*d*) Trans. phil.

(*e*) Op. om. tom. 1. Diss. de efferv. & ferm. pag. 34.

(*f*) Diss. de l' an. 1702.

conviennent pas ſur la nature & ſur la maniére dont ce fluide agit. Quelques uns, comme Mr. Halles (*g*) ont conclus, par la reſſemblance de ce fluide avec celui qu'ils avaient tiré d'autres corps ſolides par la diſtillation, ou autres procédés, qu'il était du véritable air, ſans qu'ils ſe ſoient cependant attachés à en faire une analiſe particuliére, telle, que parait l'éxiger la délicateſſe & l'importance du Sujet.

4. Mr. Muſchembroek (*h*), dont l'habileté dans les expériences eſt univerſellement reconnue, révoque en doute que le fluide élaſtique des corps ſoit du véritable air, & fait pluſieurs objections au ſentiment de Mr. Halles: & il a tâché même par pluſieurs raiſons de démontrer que ce n'était point en effet du véritable air.

5. L'autorité des grands Hommes que je viens de citer, ne ſervant qu'à augmenter mon incertitude ſur la nature de ce fluide, j'ai eu recours, comme je me l'étais propoſé, aux expériences, unique reſſource pour démêler le vrai, & terminer les différens.

6. Je démontre par leur ſecours, en prémier lieu, l'inſufiſance de la prémiére opinion; je fais enſuite une ſcrupuleuſe analiſe du fluide, en obſervant à peu près la méthode qu'a tenu Mr. Halles (*i*) pour en éxaminer d'autres; je réponds en troiſiéme lieu aux objections de Mr. Muſchembroek, en aportant les raiſons que l'expérience m'a fournies.

7. Je me flatte par ce procédé de fournir des nouvelles lumiéres ſur la Téorie Phyſique de la Poudre, & d'avoir par un cours naturel & ſimple donné la ſolution d'autres queſtions, ſçavoir de la maniére, avec laquelle la Poudre prend feu dans le vuide, & des effets qui en réſultent;

En

(*g*) Stat. des veg. trad. par Mr. de Buffon pag. 164. & ſuiv., & 369.
(*h*) Coll. Acad. tom. 1. add. 38.
(*i*) Stat. des veg. pag. 166.

8. En prémier lieu personne n'ignore que les vapeurs aqueuses perdent leur élasticité, & se convertissent en eau en refroidissant. Je prouverai donc, dans la suite, que le fluide élastique de la Poudre ne perd que peu de son élasticité, (*) & que par conséquent il ne saurait être produit par des vapeurs aqueuses.

9. Mr. Halles informé des expériences de Mrs. Boyle, Papin, Bernoulli &c., & connaissant (*K*) d'ailleurs la grande quantitè d'air que contient le salpêtre, & eu égard aux raisons ci-devant citées ne balance point à croire que ce ne soit du véritable air. Cette conjécture cependant est combattue ainsi que je l'ai dit par les raisons suivantes de Mr. Muschembroek.

I. Que ce fluide n'est point propre à la respiration;

II. Qu'il n'entretient point le feu.

10. Mr. Halles (*l*) soupçonne, que ces effets soient produits par le mélange des exhalaisons sulfureuses, puisqu'il a démontré qu'elles absorbent l'air, & qu'elles nuisent à la respiration; en preuve de quoi, il compare (*m*) ses résultats avec ceux de Mr. Hauksbee: pour m'en convaincre, je n'ai pas hésité de tenter la séparation des exhalaisons sulfureuses, & faire ensuite la comparaison entre les propriétés du fluide qui en serait purgé, & celui qui les contiendrait encore; C'est pourquoi j'ai fait les expériences suivantes.

11. Prémiérement pour m'assurer que ce fluide nuit aux animaux.

EXPE-

(*) J'ai dit que le fluide élastique de la Poudre perd un peu de son élasticité, parceque vraiment dans l'expér. que j'en ai fait, il est arrivé quelque changement à la hauteur du mercure, j'aurois cependant lieu de douter que l'atmosphére ait pu y contribuer, c'est pourquoi je me reserve à la répliquer avec plus de diligence.

(*K*) Voïés stat. des veg. pag. 159.

(*l*) Ibid. pag. 163.

(*m*) Ibid. pag. 197.

## EXPERIENCE PREMIERE.

$y + \frac{A\,dy}{dx} + \frac{B\,d^2y}{dx^2} + \frac{C\,d^3y}{dx^3} + \&c. = X$ où $A, B, C$ &c. sont des constantes quelconques, & où $X$ est une fonction quelconque de $x$, se réduisent à une équation de cette forme $z + \frac{H\,dz}{dx} = V$, ou $H$ est une constante, & $V$ une fonction de $x$; laquelle équation est la même que nous avons appris à intégrer dans le cas même des différences finies. Si donc le procédé de Mr. D'Alembert peut avoir lieu aussi quand les différences sont finies, l'on pourra intégrer encore dans cette circonstance tout équation différentielle de cette forme $y + A\,dy + B\,d^2y + C\,d^3y + \&c. = X$, & par conséquent l'équation $y^{\text{I}} + P\,y^{\text{II}} + Q\,y^{\text{III}} + \&c. = X$, qu'on peut regarder comme la formule générale des suites récurrentes. La méthode de Mr. D'Alembert se trouve détaillée dans le second tome du Calcul intégral de Mr. Bougainville; mais pour épargner de peine aux Lecteurs je tâcherai de la développer ici en peu de mots. Qu'on suppose $\frac{dy}{dx} = p$, $\frac{dp}{dx} = q$, $\frac{dq}{dx} = r$ &c., & l'équation proposée se changera en $y + Ap + Bq + \frac{C\,dq}{dx} = X$. Qu'on multiplie à présent chacune des équations qu'on a supposé par des coéficiens indéterminés $a$, $b$, $c$ &c., & qu'on les ajoute toutes à celle-ci; on aura $y + (A + a)p + (B + b)q$. $- \frac{a\,dy}{dx} - \frac{b\,dp}{dx} + \frac{C\,dq}{dx} = X$. Soit fait ensorte que la pre-

premiére partie du premier membre de cette équation devienne un multiple exact de l'intégral de la seconde, savoir que $dy + (A+a)\,dp + (B+b)\,dq = dy + \frac{b\,dp}{a} - \frac{C\,dq}{a}$, & en comparant terme à terme il en resultera $A + a = \frac{b}{a}$; $B + b = -\frac{C}{a}$; de ces deux équations l'on tire $b = -\frac{C}{a} - B = aA + a^2$, & $a^3 + Aa^2 + aB + C = 0$, dont les racines donneront trois valeurs d'$a$ qui satisfairont également aux conditions requises. Supposons maintenant $y + (A+a)\,p + (B+b)\,q = z$, l'équation trouvée deviendra $z - \frac{a\,dz}{dx} = X$, laquelle comparée avec celle du §. 1. donnera en intégrant $z = e^{x:a} \int \frac{X}{a\,e^{x:a}}$. Or comme la quantité $a$ peut avoir trois valeurs différentes, nommons les $a^{\text{I}}$, $a^{\text{II}}$, $a^{\text{III}}$, & exprimons par $Z^{\text{I}}$ la valeur de $z$ qui contient $a^{\text{I}}$, par $Z^{\text{II}}$ celui qui contient $a^{\text{II}}$, & par $Z^{\text{III}}$ celui qui contient $a^{\text{III}}$; on aura donc les trois équations suivantes:

$$y + (A + a^{\text{I}})\,p + (B + b^{\text{I}})\,q = Z^{\text{I}}$$
$$y + (A + a^{\text{II}})\,p + (B + b^{\text{II}})\,q = Z^{\text{II}}$$
$$y + (A + a^{\text{III}})\,p + (B + b^{\text{III}})\,q = Z^{\text{III}}.$$

De ces trois équations on tirera la valeur de $y$, laquelle à cause des quantités constantes $A$, $B$, $a^{\text{I}}$, $a^{\text{II}}$ &c. se réduira à cette forme $y = FZ^{\text{I}} + GZ^{\text{II}} + HZ^{\text{III}}$, où $F$, $G$, $H$ sont des constantes, dont la valeur dépend des autres $A$, $B$, $a^{\text{I}}$, $a^{\text{II}}$ &c.

6. Si l'on examine le procédé de cette méthode il paroitra clairement que si l'équation eut contenu beaucoup plus de termes, par exemple qu'elle eut été

$$y + \frac{A\,dy}{dx} + \frac{B\,d^2y}{dx^2} + \frac{C\,d^3y}{dx^3} + \frac{D\,d^4y}{dx^4} + \frac{E\,d^5y}{dx^5} + \&c = X$$
$$+ \&c.$$

l'on auroit trouvé de même $y = FZ^{I} + GZ^{II} + HZ^{III} + IZ^{IV} + KZ^{V}$, où les quantités $Z^{I}$, $Z^{II}$, &c. sont des fonctions de $X$ & $x$, telles que

$Z = e^{x:a} \int \frac{-X}{a e^{x:a}}$, en posant pour $a$ les racines $a^{I}$, $a^{II}$, $a^{III}$, $a^{IV}$, $a^{V}$ de cette équation $a^5 + Aa^4 + Ba^3 + Ca^2 + Da + E = 0$; de plus l'on s'appercevra que les opérations que requiert cette méthode peuvent également se faire, soit que les différences soient finies, ou qu'elles soient infiniment petites.

7. Ayant donc l'équation à différences finies $y + Ady + Bd^2y + Cd^3y + Dd^4y + Ed^5y = X$, & posant $dy = p$, $dp = q$, $dq = r$, $dr = s$, l'on parviendra de la même maniére à une équation telle que $z - adz = X$, où $z = y + (A + a)p + (B + b)q + (C + c)r + (D + d)s$, & la quantité $a$ dépendra de cette équation $a^5 + Aa^4 + Ba^3 + Ca^2 + Da + E = 0$, dont les racines ont été deja supposées $a^{I}$, $a^{II}$ $a^{III}$, $a^{IV}$, $a^{V}$. Que l'on compare à présent l'équation $z - adz = X$, avec celle du §. 2., savoir $dy + My = N$, & on aura $M = -\frac{1}{a}$; $N = -\frac{X}{a}$; par conséquent $1 - M = \frac{1 + a}{a}$, ce qui donne enfin $z = \pi . (\frac{1 + a}{a}) \times [const. + \int \frac{-X}{a} : \pi . (\frac{1 + a}{a})]$, ou bien puisque $a$ est constant $z^m = (\frac{1 + a}{a})^m . (const. - \int \frac{Xa^m}{[1 + a]^{m+1}})$; $m$ exprimant comme ci-dessus le quantiéme du terme $z$ dans la série des $z$. Si l'on fait de plus $X$ constant on aura en prenant la somme de la progression géométrique exprimée par $\int \frac{a^m}{[1 + a]^{m+1}}$; $z^m = (\frac{1 + a}{a})^m \times (const. - X . \frac{(1 + a)^m - a^m}{[1 + a]^m})$. Or comme $a$ peut avoir les valeurs $a^{I}$, $a^{II}$, $a^{III}$, $a^{IV}$, $a^{V}$ il est

clair

clair qu'en substituant chacune d'elles dans la formule trouvée, il en résultera autant de valeurs de $z^{II}$ qui satisferont toutes également. Soient donc toutes ces valeurs exprimées par $Z^{I}, Z^{II}, Z^{III}, Z^{IV}, Z^{V}$, & puisque $z = y + (A+a)p + (B+b)q + (C+c)r + (D+d)s$, l'on tirera par le moyen des cinq équations $z = Z^{I}$ $z = Z^{II}$, $z = Z^{III}$, $z = Z^{IV}$, $z = Z^{V}$, l'expression suivante de $y$, savoir $y = FZ^{I} + GZ^{II} + HZ^{III} + IZ^{IV} + KZ^{V}$.

8. Soit enfin proposée l'équation $y^{I} + Ay^{II} + By^{III} + Cy^{IV} + \&c. = X$, où $y^{I}$, $y^{II}$, $y^{III}$ &c. expriment des termes consécutifs de la suite des $y$; il est d'abord évident que, puisque $y^{II} = y^{I} + dy^{I}$; $y^{III} = y^{I} + 2\,dy^{I} + d^{2}y^{I}$, & ainsi des autres, cette équation peut être ramenée à la forme de celle que nous venons d'examiner; mais puisque le Calcul devient de cette façon trop long, il sera utile de la resoudre directement par les mêmes principes que nous avons employés jusqu'ici. De plus afin de pouvoir plus aisément appliquer cette équation aux séries récurrantes, il sera mieux de considérer les termes $y^{I}, y^{II}, y^{III}$ &c. dans un ordre renversé, savoir que $y^{II} + dy^{II} = y^{I}$; $y^{III} + dy^{III} = y^{II}$, & ainsi des autres, de sorte que les exposans I, II, III &c. dénotent la distance de chaque terme au dernier $y^{I}$. Supposons $y^{II} = p^{I}$, & l'on aura $y^{III} = p^{II}$, soit donc de nouveau $p^{II} = q^{I}$ & $p^{III} = q^{II}$; soit encore $q^{II} = r^{I}$ & $q^{III} = r^{II} = s^{I}$, & l'on aura $y^{II} = p^{I}$; $y^{III} = q^{I}$; $y^{IV} = r^{I}$; $y^{V} = s^{I}$, $y^{VI} = s^{II}$; substituant ces valeurs dans la proposée, elle deviendra $y^{I} + Ap^{I} + Bq^{I} + Cr^{I} + Ds^{I} + Es^{II} = X$. Qu'on réduise à présent les suppositions précédentes en équations, savoir $p^{I} - y^{II} = 0$; $q^{I} - p^{II} = 0$; $r^{I} - q^{II} = 0$; $s^{I} - r^{II} = 0$, & après les avoir multipliées par les coéficiens indéterminés $a$, $b$, $c$ &c. qu'on les ajoute toutes à celle qu'on vient de trouver. Il en résultera

fultera la fuivante $y^{\mathrm{I}} + (A+a)p^{\mathrm{I}} + (B+b)q^{\mathrm{I}} + (C+c)r^{\mathrm{I}} + (D+d)f^{\mathrm{I}} - ay^{\mathrm{II}} - bp^{\mathrm{II}} - cq^{\mathrm{II}} - dr^{\mathrm{II}} + Ef^{\mathrm{II}} = X$. Qu'on faffe maintenant que chaque coéficient de la premiére partie foit multiple de la même maniére de fon correfpondant dans la feconde, & l'on parviendra aux mêmes équations qu'on a trouvé §. 6., & la quantité $a$ fera déterminée par l'équation $a^5 + Aa^4 + Ba^3 + Ca^2 + Da + E = 0$, dont on a fuppofé les racines $a^{\mathrm{I}}, a^{\mathrm{II}}, a^{\mathrm{III}}$ &c. Donc fi l'on fait $y^{\mathrm{I}} + (A+a)p^{\mathrm{I}} + (B+b)q^{\mathrm{I}} + (C+c)r^{\mathrm{I}} + (D+d)f^{\mathrm{I}} = z^{\mathrm{I}}$ l'équation fe reduira à $z^{\mathrm{I}} - az^{\mathrm{II}} = X$, qui par une intégration femblable à celle du §. 3. donnera

$z^m = a^m\ (const. + \int \frac{X}{a^{m+1}})$, où $m$ exprimera le quantiéme du terme $z^m$ dans la fuite des $z$. Or comme pour $a$ l'on peut fubftituer chacune des cinq racines $a^{\mathrm{I}}, a^{\mathrm{II}}, a^{\mathrm{III}}$ &c. de l'équation $a^5 + Aa^4 +$ &c. $= 0$, l'on aura de même cinq valeurs différentes de $z^m$ que nous exprimerons comme ci-deffus par $Z^{\mathrm{I}}, Z^{\mathrm{II}}, Z^{\mathrm{III}}$ &c.; donc à caufe que $z^m = y^m + (A+a)p^m + (B+b)q^m + (C+c)r^m + (D+d)f^m$, l'on parviendra en chaffant les lettres $p^m$, $q^m$ &c. à la formule $y^m = FZ^{\mathrm{I}} + GZ^{\mathrm{II}} + HZ^{\mathrm{III}} + IZ^{\mathrm{IV}} + KZ^{\mathrm{V}}$, où $F, G, H$ &c. font des conftantes qu'on doit puis déterminer par la comparaifon d'autant de termes donnés dans la fuite des $y$.

9. Si $X$ eft conftant, par ce qu'on a démontré §. 4. la fomme exprimée par $\int \frac{X}{a^{m+1}}$ deviendra $= X\frac{a^m - 1}{a^m[a-1]}$; & nommant $L$ la conftante ajoutée à cette intégration, on aura finalement $Z = La^m + X\frac{a^m - 1}{a^m[a-1]}$, d'où l'on tirera par conféquent les autres valeurs $Z^{\mathrm{I}}, Z^{\mathrm{II}}, Z^{\mathrm{III}}$ &c. en fubftituant à la place de $a$ fes valeurs $a^{\mathrm{I}}, a^{\mathrm{II}}, a^{\mathrm{III}}$ &c.

10. De

10. De tout ceci l'on peut déduire le théorème général suivant; si l'on a l'équation
$y^m + Ay^{m-1} + By^{m-2} + Cy^{m-3} + Dy^{m-4} + Ey^{m-5}$ $+ \&c. = X$, où les exposans des $y$ dénotent leurs places; que l'on cherche toutes les racines $a^{I}, a^{II}, a^{III}\ a^{IV}$ &c. de l'équation $a^5 + Aa^4 + Ba^3 + Ca^2 + Da + E = 0$, & l'on aura généralement

$$y^m = Fa^{Im}\left(L + \int\frac{X}{a^{I\,m+1}}\right) + Ga^{IIm}\left(L + \int\frac{X}{a^{IIm+1}}\right) +$$
$$Ha^{IIIm}\left(L + \int\frac{L}{a^{III\,m+1}}\right) + Ia^{IVm}\left(L + \int\frac{X}{a^{IV\,m+1}}\right) +$$
$$K\ a^{Vm}\left(L + \int\frac{X}{a^{Vm+1}}\right) + \&c.$$

& dans le cas, où $X$ est constant.

$$y^m = L\left(Fa^{Im} + Ga^{IIm} + Ha^{IIIm} + Ia^{IVm} + Ka^{Vm} + \&c.\right)$$
$$+ X\left(F\frac{a^{Im}-1}{a^{I}-1} + G\frac{a^{IIm}-1}{a^{II}-1} + H\frac{a^{IIIm}-1}{a^{III}-1} + \right.$$
$$\left. I\frac{a^{IVm}-1}{a^{IV}-1} + K\frac{a^{Vm}-1}{a^{V}-1} + \&c.\right).$$ Si $X = 0$ l'on pourra supprimer la constante $L$, & on aura plus simplement
$y^m = Fa^{Im} + Ga^{IIm} + Ha^{IIIm} + Ia^{IVm} + Ka^{Vm}$ &c.
formule connuë pour l'expression du terme général de la suite des $y$, telle que
$y^m + Ay^{m-1} + By^{m-2} + Cy^{m-3} + Dy^{m-4} + Ey^{m-5} + \&c. = 0$;
ce qui n'est autre chose qu'une suite récurrente, dont l'échelle de rélation est $-A - B - C - D - E -$ &c.

11. Voila donc la théorie des suites récurrentes réduite au calcul différentiel, & établie de cette façon sur des Principes directs & naturels au lieu que jusqu'ici elle n'a été traitée que par de voies tout-à-fait indirectes. De plus les recherches qu'on a fait sur cette matiére, ont toujours été bornées au cas de $X = 0$; & personne que je sache n'a jamais entrepris d'examiner généralement les autres cas, où $X$ est constant, ou même variable, ce qui

peut néanmoins être de la derniére importance pour la réſolution de pluſieurs problêmes qui conduiſent à de telles équations, dont la doctrine des hazards eſt principalement remplie, comme je me propoſe de le faire voir une autre fois, en appliquant à cette eſpéce de calcul la théorie que je viens d'expliquer.

# JOHANNIS FRANCISCI CIGNA

## *De Analogia Magnetiſmi, & Electricitatis*

# DISSERTATIO.

MAgnetica phaenomena ad electrica pertinere etiam ante inventam electricitatis theoriam ingenioſi Viri conjectarunt, quod utrimque attractionis motus, & repulſionis obſervarent, atque adeo analogia ducti ex eodem fluido excitari arbitrarentur, quod in electricis quidem in ſenſus incurreret, in magneticis autem occulte actionem ſuam exerceret: quae porro opinio, etſi ab aliis, iiſque Clariſſimis Viris impugnata fuerit, nuper tamen per immortalia electrica inventa reſtituta eſt, ac illuſtrata. Cum in eam rem meditarer, nonnulla occurrebant, quae ut analogiam magnetici, & electrici fluidi confirmare, ita identitatem dubiam reddere poſſe videbantur, quae quamquam obvia ſunt, cum tamen magna ex parte hactenus non ſint animadverſa paullo fuſius exponenda eſſe duxi.

1. Corpora inaequaliter electrica ſe attrahunt, aequaliter ſe repellunt, eodem modo poli magnetici diverſi nominis ſe attrahunt, ejuſdem ſe repellunt (*a*).

2. Motus electrici non contingunt, niſi corpora actu electrica fuerint *inſulata*, magnetici motus perpetuo contingunt, ergo magnes perpetuo *inſulatus* eſt.

3. Corpora actu electrica movent corpora deferentia, ſeu eadem attrahunt, magnes ferrum attrahit; ergo ferrum eſt inſtar corporis deferentis.

4. Prae-



(*a*) Obſervante Cl. D. Alibardo in addit. ad FranscKlini epiſ. t. 2. p. 208.

4. Praeterea magnes in ferrum agit ad ingentem distantiam, si ferrum aliud teres, nec nimis magnum fuerit interpositum, eodemque demto ad tantam distantiam magnetis actio non amplius extenditur; ergo si magnes tamquam corpus consideretur electricum fluidum emittens, vel recipiens, ferrum considerari poterit tamquam corpus deferens; atque ideo magnes est instar globi vitrei emittentis, vel resinosi recipientis, ferrum est instar catenae transmittentis.

5. Hoc tamen discrimen intercedit, quod globus vitreus, vel resinosus electricum fluidum non recipiat, aut emittat, nisi fricetur, magnes quocumque tempore absque ulla praeparatione recipiat, & emittat.

6. Melius itaque comparari poterit cum metallo electrico aëri exposito, quod perpetuo electricum est ob majorem metalli respectu electrici fluidi, quam aliorum corporum permeabilitatem, ob quam electricum fluidum in minus resistens metallum, faciliusque permeabile continuo fertur: corpora adeo omnia, quibus magnes insistere potest perfecte non coërcent magneticum fluidum, sed tantummodo minus facile ab eodem permeantur, quam ferrum, aut alius magnes; praeterea vero corpora deferentia electricum fluidum illud ad remotissima intervalla transferre possunt, si corporibus rite coërcentibus confinia sint; ferrum magneticum fluidum, nonnisi per certum intervallum defert sensim debilius (*b*). Ergo nec ferrum perfecte deferens, nec reliqua corpora perfecte coërcentia sunt.

7. Si corporibus deferentibus corpora actu electrica contigua fiant, electricum fluidum per ipsa distribuitur, & eorum vis electrica hebescit. Eodem modo ingens ferri

massa

(*b*) Actio enim magnetis, quae per interpositum ferrum propagatur, aucta distantia per gradus minuitur. Muschem. dis. de magni exp. 52. p. 112. Ex hoc fere fonte reliqua hausi, quae ad magneticorum phaenomenorum historiam spectant.

massa magneti propinqua ipsius actionem in admotum ferrum imminuit, aut etiam extinguit.

8. Ex hac porro explicatione intelligitur, cur ferrum interpositum, quod actionem magnetis ad majora intervalla extendit, si sit exiguum (4), si ingens sit, eamdem tollat, quod postremum quibusdam Physicis imposuerat, putantibus ideo ferrum magnetis actionem intercipere ex eo, quod magneticum fluidum difficilius per ipsum permearet (*c*). Enim vero non ideo intercipit actionem, quod difficilius permeari possit, sed quod facilius permeabile, si ingens sit, fluidum magneticum retineat, & *insulationem* auferat, non secus ac corpora electricum fluidum deferentia corporibus actu electricis contigua, si ingentia sint *insulationem* tollunt, & electricos motus extinguunt. Ex his intelligi potest, cur magnes albi ferri laminae applicitus, ferri limaturam in ipsius margine positam non attrahat, si lamina ampla sit, sin autem sit angusta, ad eam distantiam commoveat, ad quam demta lamina commovere nullatenus potuisset; cur item scobs ferri albi ferri folio superposita a magnete ad oppositam folii superficiem admoto eo validius commoveatur, quo folium fuerit arctius.

9. Ut autem eo evidentius pateret ferrum non minus, quam reliqua corpora magnetico fluido permeari sequens experimentum institui. Acum ferream ex praelongo filo ferreo suspendi, dein ensem ad apicem magnetismo imbutum ad eamdem admovi, & aeque vividas acus motiones observavi, ac quando alio corpore acus sustentabatur; quo in experimento, quum acus ferro fulciretur, & apex ensis magnetismo imbutus cum ense reliquo magnetismo destituto continuaretur; luculenter constat utrumque corpus optime *insulatum* futurum fuisse; ac proinde motum nullum fuisse secuturum, siquidem ferrum magneticum fluidum

coër-

(*c*) Vid. Mémoir. de l'Acad. 1733.

coërceret, caeterum respectu magnetici fluidi ferrum vices praestare corporis deferentis evidentius constabit inferius, ubi de armatura magnetis sermonem habebo.

10. Corpora electrica se attrahunt, quando ex his alterum fluidum electricum emittit, alterum recipit, se repellunt, quando vel utrumque emittit, vel utrumque recipit, nempe se attrahunt, quando eadem directione per ipsa fluidum electricum movetur; se repellunt, quando movetur directione opposita. Quoniam igitur poli magnetici ejusdem nominis se repellunt, nominis diversi se attrahunt horum unum magneticum fluidum recipere, alterum emittere censendum est; inde intelligitur cur electrica corpora se non repellant, nisi aequaliter electrica fuerint; contra poli ejusdem nominis se repellant, etsi inaequalem habuerint magnetismum; nempe in corporibus electricis, ut contraria sit electrici vaporis directio, non sufficit, ut eodem modo sint electrica, sed praeterea necesse est, ut sint electrica aequaliter, contra in polis magneticis sufficit, ut sint ejusdem nominis, ut contraria quoque sit magnetici fluidi directio.

11. Electrica porro corpora postquam se attraxerunt, se repellunt, quod cum prius horum alterum ex altero electricum fluidum reciperet, paullo post aequaliter electrica facta, vel ambo recipiunt, vel ambo emittunt. Contra magnes constanter ferrum attrahit, & polus magneticus polum item diversi nominis constanter attrahit, ejusdem constanter repellit. Ergo per magnetem, & ferrum constanter eadem directione magneticum fluidum movetur, tum etiam per polos diversi nominis, per polos ejusdem nominis diversa (*).

12.

(*) Lex illa motuum electricorum, quod corpora inaequaliter electrica se attrahant, aequaliter electrica se repellant eatenus vera est, quatenus fluidum electricum per corpora communicatione electrica ad aequalitatem distribuitur, ac proinde, quando bina corpora aequaliter electrica facta sunt ab uno in alterum fluere desinit, sed vel in utraque ingredi, vel

12. Propterea polus unus magnetis constanter magneticum fluidum recipit, alter constanter emittit, non secus, ac in electricis machina vaporem recipit, catena emittit, vel contra, quamdiu globus circumducitur.

13. Quemadmodum igitur in electricis, sic in magneticis, nulla necessitas duplicis fluidi affluentis, & effluentis, quale a Cartesio fuerat propositum (*d*).

14. In locis reliquis magnetis extra polos, quoniam vis magnetica exigua est per eadem, nonnisi exigua quantitate magneticum fluidum movetur, atque adeo a polo ad polum fertur; inde autem intelligitur cur si transversim magnes secetur, plana, quae sectione gignuntur polos diversi nominis exhibeant (*e*); cum etenim ex uno in alterum magneticum fluidum ante sectionem moveretur, etiam post sectionem planum unum magneticum fluidum emittet, alterum recipiet, ac propterea tamquam poli diversi

ab utrisque egredi nititur pro ut positivam, vel negativam habuerint electricitatem: at si quaestio sit de motibus inter corpora deferentia, & coërcentia sibi invicem admota, quoniam in his lex illa aequabilis distributionis non obtinet, nec etiam ea motuum regula obtinebit. Vitrum tenue, aut talci folium ex serico filo pendulum, ita admoveo corpori metallico catenae electricae adnexo, ut plana vitri superficies ejus corporis superficiei obvertatur ad aliquot pollicum distantiam. In eadem distantia ad oppositam vitri faciem colloco corpus deferens cum solo communicans: vibrat vitrum inter catenam, & corpus deferens oppositum; nempe dum superficies vitri catenae obversa electricum vaporem recipit, vitrum ad catenam fertur, dum opposita vitri superficies aequalem vaporis quantitatem exonerat in adpositum deferens corpus versus illud movetur. Apicem metallicum corpori huic substituo, ut ad majorem distantiam electricum fluidum haurire possit ex vitri superficie, vitrum constanter adhaeret corpori catenae adnexo; dum enim apex metallicus eo una vitri superficie vaporem haurit, ex catena in oppositam superficiem idem vapor fluere pergit, ex quo vaporis ex uno corpore, in alterum corpus constanti fluxu adhaesio illa constans producitur: ergo superficies vitri ad catenam conversa aequaliter, imo magis electrica evadit quam catena ipsa, & tamen catenae constanter adhaeret, quando constans est electrici vaporis ex catena in illam superficiem effluxus. En igitur etiam in electricis exemplum adhaesionis constantis ad similitudinem magneticae attractionis.

(*d*) Confer Regnault entretien 15. n. 3. 6.
(*e*) Muschenb. dis. de magn. exp. 83. pag. 139.

versi nominis erunt spectanda (11): sin autem plano ad axim paralello magnes secetur, extrema, quae prius cohaerebant, se repellent, quod poli ejusdem nominis remaneant (*f*).

15. Quoniam ferrum a polis diversi nominis aeque attrahitur, necesse est, ut a polo fluidum emittente idem accipiat, & ad polum recipientem idem traducat, ut adeo aequali facilitate quacumque directione a fluido magnetico possit permeari.

16. Ferrum porro ex magnetis contactu, multo magis ex magnetici poli juxta ipsius longitudinem ductu, magneticum evadit, etiamsi pannus hoc inter, & magnetem fuerit interpositus (*g*). Ergo ubi semel per ipsum certa directione magneticum fluidum moveri coepit, eamdem deinceps affectare pergit. Inde fit, ut qua parte ferrum magneticum polum tangit, diversi nominis polum acquirat (*h*); si polo debilioris magnetis aptetur polus diversi nominis magnetis validioris, illius virtus augeatur (*i*), si polus ejusdem nominis debilitetur, destruatur, in contrariam mutetur (*K*), ut demum magnetici poli ejusdem nominis vim suam ex vicinia perpetuo imminuant, nominis diversi servent, adaugeant in ratione aliqua distantiarum inversa (*l*).

17. Quod autem diximus ferrum quacumque directione aeque facile a magnetico fluido permeari (15), magnetem nonnisi certa directione (11), ulterius comprobatur, observando polum magneticum, qui ex validiore polo ejusdem nominis in contrarium mutatur (16), antequam mutetur, omnem magnetismum amittere, ac proinde in ferri conditionem redigi: cum igitur simplicis ferri conditio sit veluti gradus,

quo

(*f*) Id. l. c. exp. 80. pag. 140.
(*g*) Muschenb. l. c. pag. 100.
(*h*) Rohaul. pag. 244. n. 8. Muschenb. exp. 89. pag. 141.
(*i*) Muschenb. l. c. exp. 89. pag. 141.
(*K*) Muschenb. l. c. exp. 119. pag. 243.
(*l*) Encyc. ex Mitchelio, Article aiman.

quo a polo uno in contrarium fit tranſitus, quando contrarias directiones magneticum fluidum affectat (10), neceſſe eſt, ut ferrum ipſum indifferens ſit ad utramque; atque adeo ad quamcumque magnetici fluidi directionem. Praeterea vero ferrum magnetiſmo imbutum, & magnes ipſe diuturna ignitione vim attrahendi amittunt (*m*), & vim directivam, aut nullam, aut exiguam retinent (*n*), cum tamen poſtquam refrigerata fuerint aeque valide a magnete alio attrahantur (*o*), quod nempe vi ignis, magnete, & ferro mollibus factis fluidum magneticum aeque facile quacumque directione aditum ſibi compareт, ſicque ipſa (ſi ſatis diuturna fuerit ignitio) in merum ferrum redigat, quod attrahi quidem a magnete poſſit, ferrum vero aliud attrahere non poſſit, ſin autem ignitio breviori tempore perduret, tum frigefacta vim duntaxat aliquam attractivam ſervabunt, quae jugi magnetici fluidi juxta priſtinam directionem fluxu augeri poterit, ac reparari (*p*): magnetem vero, & ferrum ex igne mollia magnetico fluido quavis directione in ipſa incurrenti facilius cedere, quam ſi frigida fuerint experimenta alia inferius adducenda comprobabunt.

18. Corpora contrario modo electrica ad majorem diſtantiam in ſe agunt, quam in corpora deferentia electricitate deſtituta (*q*). Ita ferrum magnetiſmo imbutum ad



(*m*) Muſchenb. diſ. cit. exp. 29. pag. 71. 72. magnetem, qui per ſex horas canduerat, nequidem ſcobis ferri particulam elevare potuiſſe, & Boyleus apud eumdem pag. 262.

(*n*) Magnes modo dictus in Muſchenb. exp. acum mobiliſſimam ſex polic. longam nonniſi ad diſtantiam $\frac{1}{2}$ polli attrahebat, ac repellebat; ferrum ignitum minorem adhuc vim directivam oſtendebat exp. 131. pag. 234.

(*o*) De magnet. conf. exp. cit., de ferro autem dum candet minori vi a magnete attrahi Muſchenb. diſ. cit. exp. 23. pag. 55. 56. vi aequali Monier Encyc. l. c. contendit; conſentiunt tamen poſtquam fuerit refrigeratum priſtina vi magneti adhaeſurum.

(*p*) Quod contigiſſe videtur in exp. Monierii loc. cit.

(*q*) Cl. Beccaria *dell' elettriciſmo artif.* § 68.

majorem distantiam in polum diversi nominis agit, quam in ferrum magnetismo destitutum (*r*).

19. Foliola metallica ad corpus actu electricum celerius feruntur, si deferente corpore, quam si coërcente sustineantur (*s*). Ita ferrum validius magneti adhaeret, si ferrum, quam si aliud quodvis corpus suppositum fuerit (*t*).

20. Ex eodem principio fit, ut ferrum nimis breve minorem ex affrictu magnetismum suscipiat, admoto in extremitate ferro alio majorem (*u*); majorem iterum si ex utroque extremo ferrum fuerit admotum (*x*); majorem denique, quo admota in extremitatibus ferramenta iisdem fuerint propinquiora (*y*), eo nempe major ex affrictu vis excitatur, quo facilius per unum extremum magneticum fluidum ingredi potest, per alterum egredi, facilior autem ingressus, egressusque paratur admotis ferramentis, eoque facilior, quo proximius admoventur.

21. Ex eadem electricitatis analogia corpora deferentia electricum fluidum, si levia sint, ac mobilia, ita disponuntur, ut viam faciant inter corpora idem recipientia, & emittentia (*z*). Ita scobs ferrea circa magnetem posita in arcus disponitur, quorum extrema utrumque polum attingunt (*a*).

22. Supra dictum est magnetem, nonnisi certa directione a magnetico fluido permeari (11. 17.); inde fit, ut per polorum superficies fluere, ac simul colligi fluidum illud non possit; eodem modo, quo electricum fluidum per vitro-

(*r*) Muschenb. cor. 3. pag. 45. diss. cit.
(*s*) Nollet essai sur l'electric.
(*t*) Reaumur mémoire de la Acad. 1723.
(*u*) Encyc. l. c.
(*x*) Si plures virgae aequales, & similes in longum dispositae magnete fricentur, quae mediae sunt, maximam vim aquirunt. Encyc. l. c.
(*y*) Muschenb. exp. 53. pag. 112. dis. cit.
(*z*) P. Beccaria in epis. ad Cl. Beccarium.
(*a*) Rohault. pag. 268. n. 24. Muschenb. dis. cit. exp. 66. pag. 121., & exp. 117. pag. 242.

trorum ſuperficies fluere nequit. In electricis vitrum corpore aliquo deferente tegitur, quo vapor electricus colligi poſſit; ita, & in magneticis ſuperficies polorum bracteis ferreis teguntur (quod unum corpus reſpectu fluidi magnetici (4) deferens eſt), ut ſimiliter fluidum magneticum per eaſdem fluere, ac ſimul colligi poſſit; in utriſque ea operimenta ex corporibus deferentibus armaturae vocantur (*b*).

23. Verumtamen non ſufficit, ut vapor magneticus per armaturam ferream fluere queat, ſed praeterea neceſſe eſt, ejus motum omnem ad certam plagam determinari, ut ibidem colligi, & condenſari fluidum illud poſſit; propterea ferreae laminae armaturam conſtituentes pedem ferreum continuum habent, qui ſub magnetem extenditur, & fertur verſus pedem alterum ab oppoſiti poli lamina ſimiliter productum; ita enim magneticum fluidum per unam laminam effluens ad pedem accurrit, unde faciliorem, brevioremque viam invenit, ut ad pedem alterum regrediatur; non ſecus ac, ſi alicubi machinae electricae partes catenae partibus fuerint viciniores, ad eam viam percurrendam omnis vapor electricus determinatur, quod per eam viam minimam reſiſtentiam inveniat (*c*).

24. Cum armatura colligat fluidum per polorum ſuperficies fluens (22), intelligitur cur eo pacto magnes majori ferri ponderi ſuſtentando aptus evadat (*d*); cur item armatus magnes majorem magnetiſmum ferro communicare valeat, quam non armatus (*e*); cur demum magnetis armati virtus, cæteris paribus, ſit in ratione ſuperficierum polarium (*f*).



(*b*) Haec comparatio ab Illuſtri FranKlino propoſita fuit epiſ. 4. ad Collinſonium §. 1.
(*c*) P. Beccaria §. 58.
(*d*) Muſch. diſ. cit. exp. 74. p. 132. 133.
(*e*) Id. l. c. exp. 76. p. 133.
(*f*) Id. exp. 79. p. 135.

25. Quod autem ex armaturae pedum vicinia magneticum fluidum determinetur, ut ab altero in alium fluat (24), ulterius confirmatur observando ex armatura sphaeram activitatis magnetis imminui (*g*), tum armaturam ipsam opposita pedibus parte minimam vim possidere, ac demum armaturae crura, dum versus pedem protenduntur, & proinde majorem magnetici fluidi copiam transferre debent, crassiora etiam fieri debere (*h*).

26. Conjecturam itaque feci vim armaturae crurum auctum iri, siquidem fluxus magnetici fluidi ab uno ad alterum pedem interciperetur, de qua re ut certior fierem, polum cognominem aequalis propemodum virtutis ad armaturae pedem admovi, & revera deprehendi eo pacto illius armaturae crura, tum ad majorem distantiam, tum majori virtute ferrum attraxisse: polus diversus admotus contrarium praestitit effectum.

27. Ideo ferrum a magnete attrahi proposueram, quod ferrum respectu fluidi magnetici corpus deferens sit (3), id vero ex eo confirmatur, quod ferrum molle, & armaturae aptius, proindeque magnetico fluido colligendo magis idoneum validius etiam magneti adhaereat; ferrum item phlogistico destitutum, & armaturae ineptum debilissime a magnete attrahatur (*i*).

28. Ex hac ipsa observatione confirmatur, quod superius indicavimus (16) ferrum magneticum effici ex magnetici fluidi fluxu per ipsum certa directione fluentis; quo enim ferrum durius est, atque adeo ex §. praec. difficilius a magnetico fluido permeatur, eo etiam difficilius, tardiusque magneticam vim acquirit (*K*).

29.

(*g*) Id. exp. 77. p. 134. Encyc. l. c.
(*h*) Id. Essai. de phys. §. 556.
(*i*) Musch. Essai. §. 555. 557. Idem ex eo, quod fluido magnetico chalybs difficilius pervadatur majori vi ab eodem contra magnetem impulsum iri concludit, unde contra magnetici fluidi existentiam argumentum desumit §. 787. p. 313. Confer. etiam eumd. in dis. cit. exp. 33. 39. pag. 127.
(*K*) Encyc. *l.* c.

29. Quando inter corpora positive, & negative electrica corpus deferens aptatur validius utrisque id corpus adhaerebit, quam si alterutro tantum admoveretur, imo majus pondus eo pacto machina, & catena simul elevare poterunt, quam si seorsim in corpora sejuncta actionem suam exercerent; interea tamen fluidum electricum per corpus deferens appositum a catena in machinam redibit, sicque exteriora electricitatis signa extinguentur. Ita ferrum transversim a polo ad polum magnetis traductum, & majus pondus sustinere valet, quam bina ferri frustra seorsim polis appensa, & interea ab uno ad alterum polum fluidum magneticum revehit, sicque sphaeram activitatis magnetis in reliqua exteriora corpora imminuit, ac ferme extinguit (*l*).

30. Idipsum ferrum magnetis virtutem conservat, restituit, dum magnetico fluido certa directione fluenti liberiorem viam praebet, magisque expeditam, ex cujus fluidi certa directione per ferrum, & magnetem fluxu ipsorum vim nasci, servari, augeri superius innuimus (16). Afferti veritatem confirmant annuli chalybei, qui etiam ea directione siti, quae spontaneae directioni sit opposita magnetismum non amittunt, quin imo ex contrario magnetis affrictu aegrius virtutem deperdunt, & licet aliquando amisisse videantur paullo post eamdem recuperant (*m*).

31. Muschenbroeckius observavit, quod si magnes suspensos retinere possit aliquot annulos ferreos sibi invicem admotos, unus autem ex iis ita suspendatur, ut utrumque armaturae pedem simul tangat, tunc hunc unum sustineri, reliquos decidere (*n*); ego vero generatim sum expertus magnetem armatum, qui exteriore unius pedis parte tres claves facile sustentabat, nec unicam sustinere potuisse, quan-

(*l*) Musch. dis. cit. exp. 77.
Encyc. l. c.

(*m*) De la Hire phil. trans. n. 188.

(*n*) Exp. 75. p. 173. dis. cit.

quando ipſarum altera utrumque pedem tangebat: ratio autem perſpicua eſt ex §. 29., quod ſcilicet in poſtremo caſu magneticum fluidum, per appoſitam clavim ab uno in alium pedem traductum per magnetem ipſum circumiret, atque adeo minorem in ferrum extrinſecus admotum actionem exercere poſſet; nil igitur ſingulare eſt in Muſchenbroeckii experimento, nec opus eſt cum eodem confugere ad ferri figuram, ut phaenomeni ratio eruatur: ex eadem ratione intelligi poteſt, cur pes unus magnetis contra albi ferri laminam applicitus multo validius, & copioſius ferri limaturam margini circumpoſitam alliciat, quam ſi ambo armaturae pedes ipſi laminae aptentur; in primo nimirum caſu magneticum fluidum per ferri laminam effuſum ad ipſius margines copioſius pervenit, quam in altero, quando per laminae portionem pedibus interjectam ad ſocium pedem faciliorem invenit regreſſum.

32. Quo vis magnetis major, eo armatura craſſior eſſe debet (*o*), ut, & ferrum tranſverſim adhaerens (29); crura item armaturae dum majorem magnetici fluidi quantitatem ſucceſſive verſus pedes recipiunt, ſucceſſive etiam craſſeſcere debent (25): ergo ferrum nonniſi certam magnetici fluidi quantitatem tranſmittere commode poteſt, cum corpora electricitatem deferentia maximam facillime ferant.

33. Electricitas catenae fortior erit ſi machina corporibus perfecte deferentibus, quam ſi imperfecte deferentibus ſuffulta ſit, & viciſſim machinae electricitas fortior erit, ſi catena perfecte, quam ſi imperfecte deferentibus corporibus ſuffulciatur: ſimiliter vim unius poli majorem fuiſſe deprehendi (*p*), quando oppoſitus polus praelongum ferrum contiguum habebat, quod praeſtantiſſimum deferens corpus eſſe demonſtravimus (27).

34.

(*o*) Id. Eſſai §. 554.
(*p*) Id ipſum a Savery fuerat obſervatum vid. Sag. delle tranſ. filoſof. del Cavaliere Dereham t. 5. p. 100. §. 26.

34. Si folium auri versus catenam apicem suum dirigat, atque inter hoc, & catenam transversim metallum mucronatum admoveatur, bracteae apex eam directionem amittet; sic dum acus ex superposito magnete supra tabulam erigitur, si alia inter illam, & magnetem admota fuerit, prima statim decidet. En igitur phaenomeni explicationem, quod omnes fluidorum currentium leges respuere Muschenbroeckius affirmat, ex quo concludit magnetem non operari effluviis, aut fluido quocumque alio (*q*).

35. Bina fila ex catena, vel machina actu electricis pendentia a se mutuo recedunt (*r*). Ita binae acus apicibus suis ex utrovis magnetis polo pendentes invicem divergunt. 2. Angulum eo majorem fila electrica constituunt, quo major est electricitas (*ſ*). Ita acus angulum majorem constituent, si ex admoto polo validiore ejusdem nominis, poli sustinentis magnetismus augeatur, ad parallelismum accedunt, si admoto ferro, multoque magis ad oppositum polum traducto (29), ejusdem magnetismus minuatur. 3. Fila electrica magis divergunt si ipsis admoveatur corpus deferens (*t*). Ita acus ex admoto ipsis ferro majorem divergentiam acquirunt. 4. Si filum ad contactum corporis deferentis perveniat, ipsi adhaeret (*u*). Ita si acus ferrum attingat, cum eodem jungitur. 5. Quod si fila inter bina corpora aequaliter electrica posita sint parallela evadunt (*x*). Ita si acus inter polos cognomines pendeant ipsarum divergentia minuitur, aut penitus aufertur. Cavendum autem est in hisce experimentis, ne acuum, quae adhibentur, extrema magnetismo, ac praesertim contrario imbuta sint, quod eorum experimentorum eventum perturbare posset.

36.

(*q*) Differt. exp. 54. p. 113.
(*r*) Beccaria §. 94. n. 1.
(*ſ*) Ibid. n. 2.
(*t*) Ibid. n. 3.
(*u*) Ibid. n. 4.
(*x*) Ibid. n. 5.

36. Si maximum ferri pondus, quod a magnetis polo sustentari potest eidem appensum sit, admoto polo diversi nominis alterius magnetis appensum ferrum decidet, si vero ejusdem nominis polus alterius magnetis admoveatur ad eam distantiam, ad quam eumdem repellit, ferrum non modo non decidet, verum etiam aliquot alia pondus cula ipsi appensa sustentabit, quod scilicet in primo casu liberiori facta via fluido magnetico per datum polum fluenti ejusdem affluxus per appensum ferrum minuatur, in altero impedito fluidi magnetici transitu, a fluido contraria directione fluente, id majori copia per appensum ferrum moveri cogatur, quod apprime congruit cum iis, quae §. 26. proposuimus, ex quibus ea lex erui potest polos se attrahentes vim suam in ferrum extrinsecus admotum imminuere contra dum se repellunt majori vi ferrum extrinsecus positum allicere.

37. Docent nonnulli armaturae pedes validius attrahere interna parte, quam externa. Id verum esse tantummodo videtur, quando utriusque pedis externae, internaeve partes simul agunt, per ferrum transversum iisdem applicitum (29), falsum quando agunt seorsim; nam in primo casu fluidum, quod ad vicinum polum copiosius accurrit, per ferrum attractum transit (§. cit.), secus ac in altero casu contingat (§. praeced.).

38. Docent etiam, si pedes armaturae introrsum sub magnetem vergant validius attrahere, quam si vergant extrorsum, quod iterum verum duntaxat esse videtur, quando utroque pede simul utimur; nam si unico pede utamur, is eo debilius adhaerens ferrum sustentabit, quo proximior erit pedi alteri, ad quem divertere potest magneticum fluidum.

39. Quando unico pede utimur majus ferri, quam alterius corporis pondus sustentabit, quando utroque majus alterius corporis quam ferri. In primo enim casu copiosius

ad

ad ferrum, quam ad aliud corpus, fluidum affluet, in altero dum per ferrum diffunditur tanta copia in oppositum polum non redibit.

40. Acuminata porro corpora majori copia electricum fluidum recipiunt, & emittunt (*y*); idipsum in magnetico obtinere videtur: extremitates enim conicae cylindrorum, qui magnetismo imbuti fuerunt pondus ferreum multo gravius sustinent, quam plana eorumdem basis (*z*), & limatura ferri copiosius magnetis, vel magnetici ferri angulis adhaeret, quam planis eorumdem superficiebus (*a*), & anguli armaturae (22) externi, si acuti fuerint vim magneticam imminuunt, ac disperdunt (*b*), non secus, ac metallicus apex catenae, aut machinae adnexus electricam vim imminuit (*c*), & acutum demum ferrum ex affrictu, contra ferrum, aut rigidum aliud corpus, majorem, quam planum ferrum virtutem acquirit (*d*).

41. Cum autem ad eamdem distantiam magnetis actio extendatur, sive corpora, quaevis fuerint interposita, sive nullum corpus intercedat (*e*), inde conjectabam aërem non minus, quam corpora reliqua, fluidi magnetici expansioni resistere, ac propterea coërcentis corporis vicem praestare, qualem aëris resistentiam respectu electrici fluidi experimenta demonstrarunt (*f*). Quamquam enim interpositam flammam electrici vaporis actionem ad longinquius intervallum extendere novissem (*g*) imminuta, ut puto, aëris resistentia, magnetici non item (*h*), quamquam



(*y*) FranKlin. epist. 1. §. 17.
(*z*) Muschenb. dis. pag. 97.
(*a*) Id. l. c. exp. 64. pag. 118., & exp. 116. pag. 241.
(*b*) Ideo in rotunditatem secondos esse monet idem Muschenb. Essai de Physiq. §. 556.
(*c*) FranKlin. epist. 6. §. 76. P. Beccaria §. 191. 232.
(*d*) Muschenb. dis. cit. exp. 245. pag. 268.
(*e*) Saggi di naturali esperienze intorno alla calamita, esp. 1. & 2. Muschenb. dis. cit. pag. 59. & seq.
(*f*) FranKlin. epist. 2. §. 22.
(*g*) P. Beccaria §. 457.
(*h*) Muschenb. dis. cit. exp. 28. pag. 70.

magnetem in vacuo boyleano idem ferri pondus gestare, quod in aperto aëre compertum habuissem, quamquam magnetem in aëre constitutum magnetem alium ad datam distantiam aequali vi attrahere meminissem, sive is in vacuo, sive in aëre collocaretur (*i*); hisce tamen experimentis non acquiescebam, ex eo vel maxime, quod ferrei apices majori copia magneticum fluidum, & emittant, & recipiant (40), ac similis apicum proprietas in electricis ex aëris resistentia in primis nascatur (*K*), etsi in vacuo adhuc obtineat (*l*). Sequens igitur in eam rem experimentum institui. Sub campanam pneumaticam ferramentorum congeriem collocavi, & in suprema recipientis parte notam apposui, ut ad idem punctum semper magnetis polum aptarem, dein ex opposita recipientis parte ad eamdem notae altitudinem acum nauticam collocavi, & tentando distantiam maximam inveni, ad quam acus illa nautica a magnete ad notam apposito commoveri posset; postremo aërem exhantlavi expectans futurum, ut magnetis actio ad acum usque pervenire amplius non posset; siquidem aër magnetico fluido resistentiam faceret; enim vero ablato aëre resistentia minui similiter debuisset fluido ad supposita ferramenta tendenti, hacque ratione aucto ejusdem fluidi ad ea ferramenta affluxu id ab acu averti debuisset; perinde ac catena electrica, cujus extremum per verticem recipientis pneumatici traducitur corpora extrinsecus posita ad datam distantiam agitat, quamdiu aër prohibet ne electricum fluidum in subjectam lancem fluere, ac disperdi possit, ablato autem aëre, & liberiori parata via electrico fluido ad lancem tendenti catenae actio in exteriora corpora extinguitur (*m*). Sed nihil hujusmodi observare con-

(*i*) Id. diss. cit. exp. 25.
(*K*) P. Beccaria §. 217. 218. & seq.
(*l*) Id. §. 235.
(*m*) Consule Beccariam §. 121.

contigit, cum ad eadem diſtantiam magnes in acum ageret, ſive vacuum recipiens eſſet, ſive aëre plenum, ex quo proclive erat concludere per ſpatia aëre vacua aeque difficulter magneticum fluidum moveri, ac per corpora alia quaevis excepto ferro. Quantum porro firma eſt hujus experimenti veritas, tantumdem erroribus obnoxiae eſſent hypotheſes, quae ad id explicandum excogitari poſſent: ſatius igitur erit conſectaria quaedam adnotare; ſcilicet 1. Vapor electricus, dum ex corpore in corpus tranſit ſtridorem edit, magneticus non item 2. Corpora actu electrica auram quamdam excitant, magnetica nil ſimile praeſtant. 3. Interpoſita ut diximus flamma electricam atmoſphaeram ad majus intervallum extendit, magneticam non mutat, quae omnia ex memorata aëris reſiſtentia intelligi poſſe videntur, quae, cum reſpectu electrici fluidi ingens ſit, magneticum non afficiat.

42. Diximus polos ejuſdem nominis utcumque inaequaliter magneticos, tamen ſe repellere (10); id in majori aliqua tantum diſtantia verum eſt, namque in minoribus diſtantiis, non modo vis repulſiva non augetur, ſed minuitur, & tandem in attractivam mutatur, eoque citius, quo virium differentia major eſt: tamdiu nempe ſe repellunt, quamdiu fluidum magneticum per utroſque contraria directione movetur, contraria autem directione movetur, quamdiu polus debilior in tanta diſtantia ab actuoſiori conſtituitur, ut fluidum ab actuoſiori emanans ac in debilius irruens, per debiliorem polum eadem directione non feratur, tunc enim juxta ſancitam motuum legem (10), vis repulſiva in attractivam mutabitur; & revera, quando ad polum dati nominis ejuſdem nominis polus validior admovetur in diſtantia adeo exigua, ut eumdem attrahat tardius, vel citius polus debilior in contrarium mutatur (16), quod demonſtrare videtur magneticum fluidum a validiore magnete erumpens alterius fluidi a debiliori polo contraria

directione effluentis resistentiam vicisse, & propria directione per ipsum permeasse (§. cit.): imo vero caeteris paribus eo citius debiliori poli virtus mutatur, quo inter ipsius vim, & vim validioris major differentia intercedit, & quo magis ad se mutuo admoventur (§. cit.); attractio autem polorum cognominum in data distantia eo item major existit, quo virium differentia major est, & imminuendo sensim distantias vis repulsiva eo citius in attractivam mutatur, quo virium differentia major, eo tardius, quo minor existit, quemadmodum sequentibus experimentis comprobavi.

1. Poli magnetici debilioris virtutem adhuc imminuebant per ferrum transversum eidem admotum (30), tum vero polus validior ejusdem nominis ad exteriorem illius partem admotus longe fortius adhaerebat, quam si nullum hujusmodi transversum ferrum adfuisset, unde patet in contactu polorum ejusdem nominis attractionem augeri, si debilioris poli virtute imminuta, virium differentia augeatur.

2. Quod si ferro transverso non debilioris poli, sed robustioris vim imminuerem, tunc attractiones in contactu similiter minui observabam, imminuta virium differentia.

3. Ad apicem acus magnetismo imbutae, & per filum libere suspensae polum magneticum ejusdem nominis paullatim admovebam, & ad hujus latus ferream clavim aptabam, quando autem ad talem acus viciniam polum adduxeram, ut jam vim repulsivam in attractivam mutandam fuisse conjectarem, si clavis abfuisset, ipsam auferebam, eodemque, ut plurimum momento acus ad magnetem apice suo ferebatur, id ipsum luculentius adhuc transverso ferro, aut polo diversi nominis admoto, tum sublato, sicque vi imminuta, ac dein restituta experiri licebat, unde constitit polos cognomines ad distantiam eo majorem se attrahere, quo inter eorum vires differentia major intercedit.

Cum

Cum igitur eae conditiones, quae efficiunt, ut dati poli vis directiva tardius, citiusve mutetur, eaedem efficiant, ut is a cognomine polo proximius, remotiusve, tum validius, debiliusve attrahatur, cumque mutata poli directio a contrario fluxu magnetici fluidi producatur (16), inde confirmari videtur repulsivam quoque vim in attractivam ob eamdem caussam mutari, ob servatam scilicet a fluido validioris poli per debiliorem propriam directionem (*n*).

43. Muschenbroeckius, quando in minori aliqua distantia polorum vis repulsiva minuitur, aut extinguitur, non revera minui, aut extingui censet, sed cum attractiva duntaxat conjugi, quae magis crescat, quam repulsiva imminutis distantiis, & proinde eamdem aequet, aut superet, unde, vel nulla vis repulsiva remaneat, vel etiam attractiva nascatur (*o*). Haec vero Muschenbroeckii sententia confirmatur experimento 3. §. praeced., nam clavis robustiori polo admota debiliorem acus polum certe non repellere, sed potius attrahere debuisset, & tamen repulsivam vim servabat, quod praestitisse videtur attractivam vim validioris poli in debiliorem, imminuendo, quae si integra fuisset repulsivam facile superasset, atque extinxisset.

Quae quidem Muschenbroeckii theoria cum principiis nostris egregie consentit; nam fluidum magneticum ad debiliorem polum spectans, & fluido robustioris poli resistens vim repulsivam facit; excessus virium fluidi ad robustiorem polum spectantis, quo debilioris fluidi resistentiam superat, & per debiliorem polum propriam directionem servat, attractionem producit.

44.

(*n*) Mitchelius ideo vires repulsivas, imminutis distantiis, imminui censet, quod poli repellentis debilioris virtus imminuatur (Encyc. l. c.) sed saepe observatur in aliqua distantia vim repulsivam imminui, aut etiam in attractivam mutari, etiamsi debilior polus debilitari, aut mutari adhuc non potuerit. Enim vero fluxus fluidi certa directione sufficit ad attractionem faciendam, ut vero magnetismum mutet per tempus aliquod debet perdurare (16).

(*o*) De magn. exp. 15., ubi si attractivae vires a repulsivis subtrahantur has certas reciprocas distantiarum proportiones servare adnotavit.

44. Chalybis porro temperati magnetiſmo imbuti virtus caeteris paribus difficilius, quam ſimplicis ferri virtus a robuſtiori polo mutatur (*p*): An non ideo, quod difficilius validioris poli fluidum per chalybem, quam per ferrum ſibi viam faciat (28)? An non itaque debilius chalybei poli ejuſdem nominis ſe attrahere debent, & ad minores diſtantias, quam poli ferrei, ſiquidem ea, quam propoſui, theoria locum habeat? Ex eadem quoque theoria intelligitur, cur poli cognomines, quamdiu ſe repellunt ſuas vires in ferrum extrinſecus admotum mutuo augeant (36), quando vero jam repulſio in attractionem mutata eſt potius imminuant; quamdiu enim ſe repellunt fluida contraria directione lata ſe mutuo coërcent, quando vero ſe jam attrahunt a robuſtiori polo in debilius, vel contra magneticum fluidum movetur, atque adeo in primo caſu per ferramenta extrinſecus admota fluidum illud adigitur, in altero per admotum polum diſſipatur.

45. Magneticae acus directio ea eſt, ut uno extremo fluidum magneticum recipere, altero emittere quam commode poſſit, quam proprietatem electricorum corporum phaenomenis analogam eſſe ſuperius monuimus (21), inde vero fit, ut ferrum magnetiſmo deſtitutum, ſi collocetur in eo ſitu, ad quem acus ſponte ſe dirigit ex magnetici fluidi juxta eam directionem fluxu magneticum evadat (*q*), imo eamdem magneticam vim acquirat, ſi juxta lineam conſtituatur, quae meridianam magneticam ad angulum quemvis interſecet, ſed eo tardius, debiliuſque, quo angulus major fuerit, donec ad angulum 90° nullam adipiſcatur (*r*): ferrum quoque eo citius vim eam acquirit, quo longitudo majorem ad craſſitiem proportionem habuerit. & quo mollius fuerit, multoque majorem ſuſcipit, ſi candens eo in ſitu ſponte, aut aqua frigida affuſa, refrigeſcat: extre-

(*p*) Encyc l. c.
(*q*) Muſchenb. diſ. exp. 132. pag. 216.
(*r*) Id. l. c. ab exp. 133. ad 136.

tremitas autem, qua ad polum boreum inclinat, borealem polum, qua inclinat ad australem, australem acquirit, & ex contrario situ vim pristinam amittit, oppositamque adipiscitur (*s*), quae omnia cum iis conveniunt, quae de magnetismo per magnetem inducto observata sunt (16.20.) unde recte Muschenbroeckius conclusisse videtur (*t*), *vim magnetis terrestris esse admodum universalem, eam se extendere per totum terrarum orbem, agere in omne ferrum, id dirigere haud aliter, quam ferrum allici, regique a magnete observetur.*

46. Acus vero ferrea magnetismo destituta, debilius quidem, dirigitur tamen juxta meridianam magneticam, sed indiscriminatim, quae extremitas polo telluris septentrionali proximior est ad illum convertitur, quae vero australi ad australem dirigitur, & inversa acus aeque facile contraria directione se collocat, quamdiu ex diuturna mora in aliquo situ constantem magnetismum non acquisivit (*u*): ea enim directione se collocat, qua viam faciliorem praebeat magnetico fluido certa directione fluenti (21), quapropter cum id fluidum, quamdiu magnetismo destituta est oppositis directionibus juxta ejus longitudinem aequali facilitate feratur (15. 17.), idcirco oppositas directiones indiscriminatim acus affectabit.

47. Neque solum terrestris magnetis actio manifesta fit, quando ex diuturno magnetici fluidi per ferrum fluxu id magneticum demum evasit (44), verum etiam in ferro magnetismo destituto ejusdem effectus observantur; nam si virga quaevis ferrea in situ quovis collocetur, ut meridianam magneticam intersecet, mediatas virgae, quae ad polum magneticum borealem telluris inclinat vim poli septentrionalis ostendit, quae ad australem, australis, inversaque virga eae medietates contrarium polum protinus exhi-

(*s*) Id. loc. ult. cit.
(*t*) Exp. 146. pag. 268.
(*u*) Savery. vid. sag. delle transf. del Cav. Dereham t. 5. §. 32. pag. 102.

exhibent, ita ut polaritas, quae reſpectu telluris conſtans eſt, reſpectu virgae ferreae ex mutato ſitu mutetur, donec ea virga conſtantem magnetiſmum ex diuturna mora in certo ſitu non fuerit adepta (*x*), ex quibus, & vis magnetis terreſtris conſpicua efficitur, & confirmatur magnetiſmi contrarietatem in contraria magnetici fluidi directione reponendam eſſe, & demum evincitur ferrum magnetiſmo deſtitutum a magnetico fluido aeque facile quacumque directione permeari (15. 17.), cum eadem virga magnetico fluido oppoſita directione fluenti, tam facilem tranſitum praebeat, ut ipſius extremitates ex inverſione in oppoſitos polos illico mutentur.

48. Quoniam ferrum ex magnetici fluidi juxta certam directionem fluxu magneticum fit, ex contraria ejuſdem fluidi directione contrarium acquirit magnetiſmum (16.45.), quoniam facilius ex fluido per meridianum excurrente, vel a magnete prodeunte vim magneticam acquirit, ſi ex igne molle, ſponte, vel ſuperaffuſa aqua refrigeſcat (*y*), quoniam chalybs durior difficilius magnetiſmo imbui poteſt (*z*), ſed majorem recipit, & diutius ſervat (*a*), quoniam ignitio (17), percuſſio, attritus (*b*) magnetiſmum deſtruunt, inde confici videtur magnetiſmum in certa partium diſpoſitione ſitum eſſe, ob quam ferrum magnetico fluido ex una parte recipiendo, ex altera emittendo aptum ſit, eamque diſpoſitionem ab ipſo fluido induci, tum auferri poſſe, idque eo facilius, quo ferrum fuerit mollius.

49. Carteſiani, qui motus magneticos ex ſolis mechanicis legibus explicare contendebant, partibus magnetici fluidi, tum magnetis, ac ferri poris figuram tribuerunt, quam

(*x*) Id. l. c. §. 18. pag. 97.
(*y*) Conf. loca cit. §. 16., & 45.
(*z*) Encyc. l. c.
(*a*) Muſchenb. diſ. pag. 232.
(*b*) Id. pag. 73. 74.

quam maxime opportunam eſſe opinabantur, aëris quoque reſiſtentiam, ac reactionem huc accerſerunt; cautiores alii, ut Muſchenbroeckius (*c*) Wiſthonus (*d*), cum Carteſianos ſcopum non attigiſſe animadverterent, vel ipſius magnetici fluidi exiſtentiam in dubium revocarunt. Ego ad mechanicas rationes omnia exigere minime potui, ac ne ſtudui omnino quidem, cum nec ipſa electricitatis theoria uſque eo perduci potuerit; malui igitur analogia ductus theoriae electricae innumera, ſejunctaque phaenomena ad certas claſſes revocare: nec vero diſſiteor hanc me comparationem multo, quam fecerim, verſare potuiſſe accuratius. At ſumma tantum capita ſpeciminis loco attingenda eſſe putavi, ne in re facili nimia prolixitas lectori moleſta evaderet.

§. 50. De Analogia inter fluidum electricum, ac magneticum hactenus: nunc de identitate horum fluidorum aliqua eſſent addenda. Et experimenta quidem nupera, per quae acus magnetica fit artificiali electriciſmo, aut ipſius poli mutantur; tum obſervationes, quibus conſtitit acus nauticae directionem vi fulminis mutatam fuiſſe, identitatem confirmare utique poſſent; ſi definitum eſſet, utrum electricum fluidum magnetiſmum inducat magnetici fluidi vices gerens, an agat duntaxat ad inſtar communis ignis (*e*), quod olim Muſchenbroeckius propoſuerat (*f*), quae minus dubia forent, ſi certis experimentis conſtaret, num extremitates acus quae meridiem, & ſeptentrionem reſpiciunt

 po-

(*c*) Diſ. p. 57. & ſeq., & a p. 63. ad 76., & p. 218., & Eſſai §. 587.

(*d*) Apud eumdem p. 65. diſ. cit. Cl. Monnier in act. Acad. R. S. P. an. 1733. contra fluidi magnetici receptam theoriam argumenta propoſuit.

(*e*) Revera ad magnetiſmum inducendum tanta requiritur electrici fluidi copia, talis acus inter vitreas laminas diſpoſitio, tanta ejuſdem tenuitas, ut electricum fluidum acus colorem mutare, quin imo ipſam liquefacere poſſit (Cl. D. Alibard. in addit. ad FranKlinum t. 2. pag. 137. 147. 148.) atque adeo effectus praeſtare, qui ab ignis violentia producuntur.

(*f*) Diſ. pag. 225. exp. 106.

polum constanter acquirant cognominem plagae, ad quam diriguntur, quaecumque fuerit directio fluidi electrici acum permeantis, num contra in quocumque acus situ extremitas, per quam electricus vapor ingreditur, septentrionalis, per quam egreditur australis perpetuo evadat (*g*), num demum acus juxta aequatorem magneticum collocata ex electricitate nullum magnetismum acquirat, quemadmodum ignitum ferrum eo in situ refrigeratum nullum adipisci experimenta demonstrarunt (45).

51. Caeterum contraria, quae se se offerunt argumenta minime reticenda videntur. Scilicet primo magneticum fluidum dum a magnete ad ferrum, vel a ferro ad magnetem fluit, per interpositam aëris laminam, etiam in tenebris non lucere, quod electricum fluidum facere solet. 2. Ab aëre resistentiam nullam pati, nec ab interposita candela ejus actionem mutari, nec stridorem edere, auramve excitare (41), quae omnia phaenomena in electrico fluido observamus. 3. Magnetem ipsum frictione electricum fieri, tumque novam proprietatem acquirere a priori distinctam, cito cessantem. 4. Resinosa, serica corpora, quae fluidum electricum coërcent, magneticum non magis, quam caetera coërcere 5. Metalla omnia, ferro excepto, quae fluidum electricum deferunt, magneticum non magis, quam caetera deferre (*h*). 6. Corpora deferentia electricum fluidum maxima copia deferre facile posse, deferentia electricum nonnisi certa quantitate (37) 7. Ex affrictu corporum electricum fluidum deferentium vim nullam electricam nasci, contra ex ferri contra ferrum certa lege affrictu maximum magnetismum produci. 8. Demum eas tempestatum mutationes, quae electrica phaenomena insigniter

(*g*) Non consentiunt FranKlini, & D. Alibardi experimenta t. 2. p. 144. 145.
(*h*) Musch. Essai. §. 187. n. 3.

gniter mutant, non eodem modo magnetica afficere, contra, quae magnetica afficiunt, non ſimiliter afficere electrica (*i*), quae omnia fluidorum horumce identitatem, ſi non refutare, at certe dubiam reddere poſſe videntur.

(*i*) Encyc. artic. cit.

# EJUSDEM.

## De colore Sanguinis experimenta nonnulla.

COccineum rutilumque ſanguinis colorem, exhauſto aëre, in atrum, & nigricantem converti Cl. Viri ſcripſerunt (*a*), cum contrarium alii traderent ſupremam nempe ſanguinis ſuperficiem in vacuo non minus, quam in aperto aëre rutilum colorem ſervare (*b*). Quod quidem experimentum cum multis phyſiologicis graviſſimis quaeſtionibus illuſtrandis opportunum eſſe animadverterem, ea cautione, eaque diligentia renovari cupiebam, ut nullum de ipſius eventu dubium ſupereſſet. Itaque Virum experientiſſimum J. B. Beccaria rogavi, ut idipſum ſuſciperet, quod humaniter praeſtitit, quemadmodum ſum expoſiturus.

1. Sanguinem ex homine febricitante eductum, & quaſſatione ſolutum in bina pocula vitrea aequalia, & ſimilia infudit, horum alterum ſub recipiens pneumaticum collocavit, alterum in aperto aëre reliquit. Subducto aëre ſanguinem ſub recipiente poſitum inſigniter elevari, in ſpumam faceſſere, intumeſcere in bullas obſervavimus ſenſim increſcentes, quae tandem diſruptae aërem emittebant elaſticum, ex quo altitudo mercurii in appoſito indice augebatur: interea color ſanguinis eleganter floridus, & rubicundus perſeverabat.

Cum vero repetitis diu exantlationibus omni aëre exhauſtus ſanguis ſubſediſſet, floridum colorem cum atro, & nigricante mutavit, quemadmodum ex comparatione cum eo, qui extra recipiens erat, facile innotuit; etenim non in ſuprema tantum ſuperficie, verum etiam in tota mole multo obſcurior, ac nigrior deprehendebatur; poſtremo cum poculum

(*a*) Dorſten apud Haller n. 9. ad §. 203.
(*b*) Gorter comp. trac. 31. §. 9. n. 9., & Rega conſent. SchvvencKe haematol. p. 116.

culum eductum ex recipiente fuiſſet, paullo poſt contentus ſanguis rutilum in ſuprema ſuperficie colorem recuperavit, & rutili ſtrati craſſities, aëre profundius pervadente, ſenſim, ſenſimque increſcebat, adeo ut poſt aliquod tempus totum ſanguinem aeque rutilum, ac prius, ſe inveniſſe Cl. Beccaria narraret.

3. (α) Cum igitur aër ſanguini admixtus ruborem faciat, inde cum Lovvero intelligimus, cur ſanguis venae pulmonalis, perinde ac arterioſus floridus ſit, cur contra arteriae pulmonalis ſanguis perinde ac venoſus atro colore inficiatur.

(β) Cur poſtquam ſanguis arterioſus, & venoſus per aliquot minuta aëri expoſitus fuit omne coloris diſcrimen tollatur (*).

(γ) Cur item, obturata trachea, & impedito aëris acceſſu ad pulmonem id diſcrimen ſanguinis arterioſi, & venoſi tollatur.

(δ) Cur inflato in cadavere pulmone, eadem diverſitas reſtituatur (*c*).

(ε) Cur rejectus ex pulmone ſanguis ſpumoſus floriduſque eſſe ſoleat.

(ζ) Cur in foetu, qui pulmone non utitur, ſanguis obſcuri, & rubiginoſi coloris, & aquoſus perpetuo reperiatur (*d*).

(η) Cur in eryſipelate, aliiſque morbis, quos ingruens putredo comitatur, ſanguis intenſe floridus, ac rutilus obſervetur (*e*), aëre nempe putredinis vi ex eodem prodeunte, cur item in confirmata putredine, omni prorſus aëre difflato, ſanguinis color niger, & luridus evadat.

(θ) Cur

(*) Hammerſchmidt. in diſput. cui titul. notabile diſcrimen inter ſanguinem arterioſum, & venoſum §. 22.

(*c*) Vid. Lovverum de mot. cord. p. 159. & ſeq., & conſentientes Bohon, Duverney apud Haller n. 11. ad §. 200.

(*d*) Obſervante Haller l. c.

(*e*) Gorter. Chirurg. §. 14. 29. & alibi.

(ϑ) Cur demum in gangraena partes emphysematicae evadunt aëre vi putredinis prodeunte, tumque sanguis ex scarificationibus effluens nigro colore inficiatur.

Sanguis quassatione solutus, & aequabili rubore praeditus, dum putrescit, ruborem amittit, nigrumque colorem acquirit, & primo quidem ea mutatio in superiori sanguinis strato contingit, quae pedetentim ad inferiora strata progreditur, quemadmodum in suis circa putredinem experimentis D. Gaber observavit, cujus phaenomeni ratio esse videtur, quod superiora strata putrescentia aërem facilius emittant, quam illa, quae iisdem subjiciuntur.

Definiendum autem superesset, num sanguis ruborem in pulmone receptum in venis amittat ex eo, quod aërem per corporis superficiem expellat (*f*), an quod aëri elasticitatem demat, & rubori servando imparem efficiat, inde enim forte intelligeretur, cur diversitas sanguinis arteriosi, & venosi aliquando maxima, alias nulla fuerit observata (*g*).

4. Sanguis porro quamdiu solutus est, aequaliter coloratus apparet, dum autem concrescit in suprema superficie ruborem servare, in infima nigrum colorem induere ab antiquissimis temporibus est observatum (*h*), idque post Galenum (*i*), veteres plerique tribuerunt humori melancholico, qui reliquo sanguine gravior, & nigrior proprio pondere ad infimam vasis partem delaberetur, interea dum cruor specifice levior supernataret, nec multum ab hac theoria recesserunt recentiorum non pauci, qui ruborem parti magis sulphureae, leviori, tenuiorique tribuerunt, inferioris partis nigredinem densiori, magisque terrestri sanguinis

(*f*) Quae Mery sententia est apud Haller. n. f. ad §. 201., quam idem Hallerus rejicit n. a ad §. 432.

(*g*) Haller prim. lin. phys. §. 117. 206. caeterum eam diversitatem nuper confirmavit Hammerschmidt. disp. cit. §. 22.

(*h*) Arist. hist. anim. lib. 3. cap. 19. Hippoc. de gland. 1. 6.

(*i*) Com. in 3. epid. 1. 5. de atra bile toto libro, de elem. 2. 12.

guinis parti adſcribendam eſſe exiſtimarunt (*K*), & quamquam, inverſa ſanguinea placenta, ut inferior ſuperficies ſuprema evaderet, quae vero ſuprema fuerat in inferiorem abiret, illam rubrum, hanc nigrum colorem induere cernerent (*l*), id nihilominus tribuere maluerunt gravioribus, & nigrioribus ſanguinis partibus, quae ſuperiora deſerant, & proprio pondere ad inferiora trudantur (*m*), quamquam non levis erat objectio in maſſa ſolida, & concreta, qualis ſanguinea placenta eſt, haud facile partes juxta variam ſpecificam gravitatem diſtribui poſſe: ut igitur phaenomeni cauſſam aſſequerer, ſequentia experimenta inſtitui.

5. Sanguinem ex vena hominis pleuritici eductum ſtatim affudi aequali quantitate in bina pocula vitrea aequalia, & ſimilia. Alterius ſuperficiem ſuperaffuſo oleo ad pollicis altitudinem cooperui, alterum in libero aëre reliqui, in utroque ſanguis coagulabatur, & is, qui aëri expoſitus erat rutilum admodum ruborem in ſuperficie aëri contigua contrahebat, reliqua ſuperficiei pars, quae poculi parietes tangebat in atrum colorem mutabatur: ſanguis vero alterius poculi, educto per ſyphonem oleo, aequabiliter niger eſt deprehenſus, interea aëri expoſitus ruborem in ſuperiori ſuperficie adeptus eſt, in aliquibus tantum locis, ubi oleo adhuc inunctus erat, nigrum colorem ſervavit. Id deinceps experimentum in recenti vitulino ſanguine coram Cl. Beccaria, pari ſucceſſu, renovavi.

6. Cum igitur nigricans color non in infima tantum ſuperficie naſcatur, verum etiam in quacumque alia poculi parietibus contigua (*n*) patet nigredinem non fieri a partibus gravioribus fundum petentibus: imo cum ſuprema

etiam

(*K*) SchuvencKe Haematol. cap. 11. p. 117. Gorter compend. trac. 31. §. 22. n. 3. alii permulti.

(*l*) Notante primum Fracaſſato in tranſ. phil. anni 1667. num. 27. art. 4., qui id aëri tribuit.

(*m*) ScuvencKe l. c., qui globulos alios prae aliis ponderoſiores eſſe docet.

(*n*) Conſent. Boer. Chem. t. 1. p. 261. edit paris.

etiam ſuperficies atro colore infecta ſit, ſi tenui olei ſtrato obtegatur manifeſtum fit ab immediato aëris attactu ruborem oriri: errant propterea, qui putant ruborem a levioribus partibus eſſe repetendum, niſi forte eo ſenſu leviores eſſe velint, quod ob contiguum, admixtumque aërem aliquanto ſolutae, minuſque invicem cohaerentes ſtratum efforment ſpecifice levius (*o*), interea dum partes ipſae a reliquis ſanguineae maſſae partibus nullo modo differant.

7. Hanc etiam partium ſpecifice leviorum hypotheſim alio experimento refutare aggreſſus ſum, quod a Lovvero olim jam tentatum inveni (*p*), ſupremam nempe rubicundam coagulati ſanguinis ſuperficiem cultro abradebam, & nigricantem ſubjectam ſuperficiem deregebam, quae, ubi per breve tempus aëri expoſita fuiſſet, novum rubicundum ſtratum priori ſimile ſuppeditabat, atque eo pacto repetita abraſione totam ſanguineam placentam in rubra ſtrata convertere facile potuiſſem.

8. Praeterea vero, ſive amplo, ſive anguſto vaſe ſanguis recipiatur, in ſuprema tantum ſuperficie rubicundus apparet; attamen ſi ex particulis datae ſolummodo gravitatis rubor oriretur, eo craſſius rubicundum ſtratum eſſe deberet, quo vas arctius, craſſius item, quo major copia ſanguinis in eodem vaſe contineretur, nec fieri poſſet, ut modica ſanguinis copia in amplum vas effuſa tota rubeſceret; quemadmodum quotidianis experimentis comprobatur.

9. Poſtremo ſanguineam placentam mox ex poculo eductam, atque adeo in lateralibus, & inferiori ſuperficie nigricantem reti ſuperimpoſui, & non multo poſt in lateralibus, & inferiori ſuperficie aeque florida evaſit, ac in ſuprema, ut aequabiliter colorata quaquaverſum deprehenderetur.

10.

(*o*) Quae LeuvvenhoecKii ſententia eſt in obſervationibus circa ſanguinem menſ. Junii 1674.

(*p*) Loc. cit.

10. Ex his autem etiam eorum ſententia infirmatur, qui inferiorum partium nigredinem ex ſuperiorum pondere, aut preſſione oriri autumant; obſervavimus enim tenuiſſimum olei ſtratum ſanguinis ſuperficiem inungens nigritudinem ſervare, ex quo tamen vix ulla compreſſio poteſt expectari; deinde, ſi nigrities ex incumbentium partium preſſione oriretur, prout ſanguis profundior eſſet, magiſque compreſſus, eo majorem nigredinem acquireret, cum tamen iis in locis, quibus aërem non attingit, aequabiliter niger conſpiciatur.

11. Quoniam igitur ſuprema ſanguinis ſuperficies rubra eſt, quando aërem tangit, nigra, quando aër ab eadem arcetur (5), & ſimiliter infima ſuperficies, quae nigra eſſe ſolet, admiſſo aëre, rubeſcit (9), quoniam ſanguis totus rubeſcere poteſt, ſi vel ſimul, vel ſucceſſive aëri totus exponatur (7. 8.), quoniam rubor, & nigrities, non per ſucceſſivos gradus aut creſcit, aut minuitur pro altitudine incumbentis ſanguinis, ſed aequabilem ruborem, & aequabilem nigredinem ſanguis acquirit (10), quoniam aëre exhauſtus ſanguis niger evadit (2), manifeſtum fit ab aëris attactu ſanguineae placentae ruborem oriri.

12. Ex his intelligitur, cur ſi conquaſſatione aër ſanguini admiſceatur, & tardius concreſcat, & majorem ruborem acquirat (*q*).

Cur ea, quae ſanguinem fluidum ſervant, eadem ruborem ſervare ſoleant, & contra.

13. Sanguis porro, dum concreſcit, denſior evadit (*r*), & interim ruborem, ut diximus, amittit: errant igitur, qui ex majori denſitate ſanguinis arterioſi, & condenſatione in pulmone nata ipſius ruborem deducunt: quod ſi in pulmone, non maſſae ſanguineae, ſed globulorum denſitatem augeri intelligant, quo id tandem experimento comprobarunt? Profecto inter globulos ſanguinis arterioſi, & venoſi nullum

k dif-

(*q*) Ex Lowero, Haleſio aliiſque.
(*r*) Jurin in compend. tranſac. philoſophic. verſione italica Derehami tom 3. pag. 3. exp. 13.

discrimen microscopii ope detegere potuit Hammerschmidtius (*s*), quod ostendit coloris diversitatem non in componentibus particulis, sed in varia earumdem miscela, ac dispositione positam esse.

14. Cum in foetu sanguis aquosus simul, & obscurus deprehendatur, (3-ζ) patet ex sola seri mixtione ruborem non oriri.

15. Ad attritum quod spectat, ex quo ruborem in pulmone nasci plerique existimant, jam recte opposuit Lowverus in musculis multo magis, quam in pulmone sanguinem atteri (*t*), attamen ab ipsis nigricantem prodire, & praeterea adnotandum in ejusdem Lowveri experimento, in cadavere strangulati canis, inflato pulmone, sanguinem comprimi potius, quam atteri debuisse, nihilominus ruborem sanguini fuisse restitutum, ac proinde soli attritui ruborem in pulmone natum minime esse adscribendum.

16. Neque vero facile est definire, cur coagulatus sanguis ea in parte, qua aërem non attingit, niger evadat; num ex eo, quod liber aëris per sanguinem transitus prohibeatur, qui dum libere permeat salia, vel quid aliud deponat rubori servando aptum, quod non videtur; nam in clauso etiam spatio suprema sanguinis pars rubicunda diutissime remanet, dummodo tenuem aëris lamellam superpositam habeat; num ex eo, quod atmosphaerae pondere sanguis prematur, quod iterum probabile non est; siquidem atmosphaerae pressionem non minus superficies patitur oleo inuncta, quam ea, quae immediatae aërem contingit; num demum aër sanguini admixtus, & globulis sanguineis interpositus ruborem servet, contra concrescens cruor contentum in poris aërem expellat, vel ita fixum reddat, ut rubori efficiendo impar evadat, quod aucta concreti sanguinis densitas, & emissus ab aliis concrescentibus fluidis aër confirmare quodammodo videntur.

JOH.

(*s*) L. c. §. 6.

(*t*) Consentit Cl. Sauvages Phys. elem. pag. 110.

# JOH. BAPTISTAE GABER

## *Specimen experimentorum circa putrefactionem humorum animalium.*

QUanti Medicinam, & naturalem scientiam intersit putrefactionis historia, jam ipse noverat Philosophiae instaurator Verulamius, qui Medicis idcirco, & Philosophis saepe auctor fuit, ut illius caussas, modos, & phaenomena diligentius pervestigarent; eaque passim commoda significavit, quae in affines facultates derivari possent. Atqui tanti Viri monita usque adeo neglecta sunt, ut vix pauci rem tam necessariam tractandam, & illustrandam susceperint; sed plerique ex aliis quaecumque extiterant experimenta, & observationes describere, aut ex praeconceptis opinionibus consectaria deducere maluerunt, quam rem tentare, & scrutari diligenter: ex eo fortasse etiam praetextum aliquem nacti, quod videbant Chymicorum sectam, & quidquid Chymicam saperet male audire apud prudentiores Medicos, qui ex illius abusu tantam intelligebant rei Medicae perniciem illatam. Sed egregiam huic facultati navavit operam Clariss. Pringle, qui rem diu ante neglectam retractandam adgressus est, novasque aperuit in tam multiplici, & complicata disquisitione proficiendi, progrediendique vias. Magni hujusce Viri exemplo, & monitis excitatus ejus vestigia persequi constitui, quod & rei utilitatem perspectam haberem, & vitae, officiique mei ratio commodam mihi occasionem exhiberet hujusmodi tentandi experimenta. Neque tamen totam simul putrefactionis historiam investigandam suscepi, ne pluribus intentus minorem in singulis diligentiam adhiberem. Solos humanos humores, neque omnes, sed praecipuos tantum per experimenta scrutatus sum, cum haec cognitio prae caeteris omnibus plurimum conducere videatur ad multorum morborum internas caussas detegendas, eorum effectus, seu symptomata explicanda, atque ideo ad indicationes eruendas. Quoniam autem experimenta nostra cum Pringlianis minime conveniunt, caussas idcirco ex ipsis experimentis eductas aperiam, quibus eventuum diversitatem adscribendam puto.

Lubens omitto inutilia omnia tentamina, qualia antequam aliquid certi in hoc genere assequi possem, fere innumera instituere opus fuit: ea duntaxat recensebo, quae novam aliquam lucem videntur suppeditare.

1. Quinquagenarius vir absque febre inveterato ictero confectus est. Cadaver integro nychtemero, brumali tempore, loco frigido repositum fuerat: hoc transacto temporis intervallo, dissecabatur: conspiciebantur crassa intestina cinereis foecibus infarcta, tenuia flavescente muco hac illac conspersa, cysticus, & choledocus ductus pervii: cystis ipsa bilis in atrum vergentis ingenti copia distendebatur. Vesicula pertusa bilem vitreo vase excipiebam, modicum foetebat, viscida erat, & tenax: minusculae hujus portioni unam, vel alteram aquae fortis guttulam affudi: effervescebat, erumpebant ad liquoris superficiem aereae bullae cum sibilo, qui admoto ad aures vasculo percipiebatur, atque ipso tactu sentiebam liquorem incalescentem.

2. Superstitem bilem in tres portiones distinctas totidem vitreis vasis apertis infudi, vario situ, & vario caloris gradu distribui; unum in hypocausto ad trigintaquinque circiter gradus Reaumuriani Thermometri calefacto, alterum in alio hypocausto, quod viginti quinque tales calebat gradus, tertium vero cubiculi servabat temperiem, quae inter septimum, & decimum fere continebatur. Viginti quatuor horis elapsis singulas portiones acidis exploravi. Quae bilis triginta quinque graduum calori fuerat exposita, ea dilutior evaserat, vixque indicia levissimae

effer-

effervescentiae praebebat: bilis, quae vigintiquinque gradus caloris passa fuerat, diluta quoque apparuit, cum acidis aliquanto magis, sed parum admodum efferbuit: quae demum fuerat in cubiculi temperie relicta suam viscriditatem servaverat, & aeque vehementer, ac antea (1) cum acidis conflictabatur. Quod postremum experimentum coram Equite Salutio, Ludovico de la Grange, D. Cigna, & Mich. Ant. Plazza luculentissimis testibus, aliquot exinde horis simili eventu renovavi.

3. Ex ejusdem cadaveris vena eodem tempore eductus sanguis rubro-flavescentem exhibebat colorem. Ejus sanguinis portio simulac fuit educta, & nitri spiritu dilutiori permixta effervescentiam similiter exhibuit, multo tamen minorem, quam bilis; quo sanguine in digestione per paucas horas relicto, flavum serum a cruore secedebat, quinimo flavo colore superficies cruoris inficiebatur. Idem sanguis per tantumdem temporis, ac bilis in hypocaustis servatus majorem effervescendi vim retinuit, quam bilis, quae vis ex mora sensim hebescebat.

4. Ex hujusmodi observationibus haec videntur posse deduci consectaria.

1° Tantam in morbis nasci posse alkalescentiam, ut humores cum acidis effervescant: neque enim probabile est, eam in cadavere mutationem contigisse, quod per horas viginti quatuor servatum fuerat in loco frigido, ubi per plures dies servati humores sani ad talem alkalescentiae gradum vix pervenissent.

2° Levem putredinis, & foetoris gradum, qui extra corpus nullum adhuc alkali praebet, quemadmodum experimentis inferius exponendis constabit, intra animale corpus alkali producere.

3° Alkali intra corpus genitum, & bile contentum volatile admodum esse, & expeditum, quippe quod vigintiquinque graduum calore tam brevi tempore maxima ex

parte

parte in auras avolaret, secus a reliquorum elementorum nexu aliquanto magis intricatum esse illud alkali, quod in sanguine continetur, minusve volatile, quum per idem tempus, eodem calore, minor ejusdem portio dissiparetur.

5. Ex postrema hac observatione conjecturam feci, an forte in tentaminibus, quae circa putredinem fuerunt instituta, ex quibus indubias alkali notas nonnulli comperisse affirmant, alii vix levissimas observasse testantur, eventuum discrepantia ex vario caloris gradu, varia corruptorum corporum aetate, majori, minorive geniti alkali libertate repetenda esset.

6. Non aliter ac bilem corruptam, integram bilem tentavi, sanguinis cruorem, & serum: singulorum tres distinctas portiones memoratis (2) tribus diversis caloris gradibus exposui, & quum acidis mineralibus eos liquores quotidie explorarem, deprehendi omnium humorum citissime bilem efferbuisse (*a*), & citius adhuc humanam, quam bubulam; aliquanto tardius cruor corruptus cum acidis efferbuit, omnium tardissime serum effervescentiam exhibuit. Quae porro effervescentiae iisdem phaenomenis distinguebantur, quae paullo ante memoravi (1); neque vero cum solis acidis mineralibus corrupti humores effervescebant, verum etiam cum dilutissimo aceto distillato confligebantur. Quae artificiali calori expositae fuerant humorum portiones foetorem citius, & effervescentiam dederunt; citius quinimo pervenerunt ad summum effervescentiae gradum, quem cum attigissent, continuato ejusdem loci calore effervescendi vim non solum amiserunt (*b*), sed ingratissimum

(*a*) Inter omnes humores citissime putrescere. Baglivi Oper. omn. p. 439.; & digestam sal alKali copiosius dare. Henninger de bile. Argent. 1705. apud Haller not. 2. ad §. 99.

(*b*) Imo serum in hypoc. ad 35. calido nunquam efferbuit, argumento dicendi alKali in sero natum ex eo caloris gradu dissipatum fuisse ea proportione, qua gignebatur.

mum foetorem in herbaceum, ac minime injucundum odorem commutarunt (*c*). Caeterum multo citius plerumque prodiit foetor, quam alkalescentia, idemque tardius desiit.

7. Dixi corruptos humores cum acidis mineralibus efferbuisse, quod ut clarius designem, notare juvat me ut plurimum aqua forti usum, quae diluta admodum erat, nec ullum, vel minimum excitabat motum aquae communi admixta; tantumque abest, ut acidorum concentrationi tribuenda sit effervescentia (*d*), ut potius putem, si nimia sit eorumdem concentratio, effervescentiam inde minorem reddi posse ex eo vel maxime, quod cito nimis, arctiusque ex acidis concrescentes animales humores effervescentiae motui resistant: adhibito enim aceto distillato, quod corruptos humores nequaquam coagulabat, vehementem pariter oriri effervescentiam deprehendi; imo aliquando ex admixto aceto distillato totum corruptum serum in spumam abiisse.

8. Jam vero dum Clariss. Pringle experimenta perpendo, adverto eumdem aliquando partes putrescentes calori centum graduum Thermometri Fahrenheitiani (qui quidem calor triginta gradibus Reaumurianis fere respondet) exposuisse, in quo calore animales humores citius quidem putrescunt, veruntamen eadem celeritate, ac temporis brevitate ex putrescentia acquisitam alkalescentiam amittunt; cum itaque limites temporis, inter quos ex eo calore putrescentes humores alkalinam indolem ostendunt, angusti admodum sint, fieri facile potuit, ut nulla alkalescen-

(*c*) Bilis in loco tepido mox rancescit, graviter olet, & post longum tempus ambrae odorem contrahit. Boerh. in praelect. ad §. 99. ad verbum *acescentibus*. Quod vero de bile docuit Boerhaave, id generatim in omnibus humoribus tepido loco putrescentibus obtinere comperi.

(*d*) Quemadmodum in bile sana contingit, quae cum fortissimis acidis effervescit, observante Verchyeno, & Hombergio. Mémoir. de l'Acad. des Scienc. 1700. eo fere modo, quo aqua ipsa ab oleo vitrioli incalescit. Boerh. Elem. Chim. tom. II. pag. 301.

lescentiae signa obtinuerit, si intra eosdem limites non instituerit experimentum, videlicet si paullo ante quam alkali genitum fuisset, vel paullo postquam in auras abiisset, corruptos humores exploraverit. Praeterea etiamsi intra illos ipsos limites tentasset experimentum, cum tamen ea proportione, qua alkali gignitur, magna ex parte ex ambienti calore in auras dissipetur, eo pacto non nisi levia alkalescentiae indicia eruere debuit, dum tamen ex minore caloris gradu evidentissima sum assecutus. Si igitur humoribus ad eum caloris gradum putrefactis semper usus fuisset Clariss. Pringle, ex proposita interpretatione nostra experimenta cum ipsius experimentis conciliari posse censeo: sin minus, vel varietati individuorum, ex quibus humores educti fuerant (1. 3.), vel vario gradui concentrationis acidorum (7), vel alii, quam ignorem, caussae diversitas adscribenda erit.

9. Sanguinem, dum e vena flueret, continua quassatione solvebam, quassatum deinde putrefieri sinebam; rubens, & floridus, qui apparuerat color, pedetentim mutabatur, & in atrum, nigrumve vergebat, quae quidem mutatio non eodem tempore totam sanguinis massam inficiebat, sed a superiori parte incipiens temporis progressu sensim ad inferiorem propagabatur.

10. Si vero sanguis ita quassatus fuisset, & tardius putrescebat, & tardius praebebat alkalesceutiae indicia; quam cruor a sero sejunctus, quod scilicet prae omnibus humoribus serum tardissime putrescat.

11. Cum propositis experimentis comperissem alkali in auras avolare ex miti caloris gradu, experiri adhuc volui, an non illud ipsum alkali colligere possem, ac retinere. Vitreo itaque alembico serum sanguinis ex febricitantribus paucas ante horas eductum excepi: alembicum reposui in hypocausto inter vigintiquinque, & vigintiocto Thermometri Reaumuriani gradus calente, collum alembici per

fora-

foramen in operculo ligneo hypocausti apertum trajiciebatur eo consilio, ut eidem adaptatum capitellum cubiculi, decem circiter ejusdem Thermometri graduum, temperiem servaret, & exhalans vapor inibi colligi, & in liquorem posset condensari: capitelli rostro phialam agglutinavi, quae collectum liquorem reciperet; alternis diebus obtinebam distillati liquoris drachmas tres, cui acida admiscens, varium, vario tempore, consequebar effectum. Portio, quae primum adscenderat, seri odorem, & saporem referebat, limpida erat, & diaphana, neque cum acidis, neque cum alkalicis effervescebat: portio, quam altera vice obtinui, foetidum quidem, modice tamen olebat; ejusdem ferme saporis erat, & pelluciditatis ac prima, atque in his cum secunda conveniebat tertia: nulla huc usque effervescentia. Quarta portio foetebat graviter, turbida erat, & opaca, coloris subalbentis, nullam exhibuit effervescentiam, sed levem rubelli coloris tincturam ab admixtis acidis assequebatur. Quinta portio, quae scilicet post dies decem distillaverat, limpida iterum apparuit, admixtis acidis effervescentiam dedit cum sibilo, qui admoto ad aures vase percipi poterat, bullas, spumamque excitavit (*e*). Sexta portio itidem limpida, debilius efferbuit. Cum jam nihil liquoris ex eo caloris gradu distillare observarem, alembicum fregi, ut residuum examini subjicerem; crustam efformaverat glutinosam subrufam, corio similem, quae pessimum foetorem emittebat, nullum tamen, vel levissimum affusis acidis indicium dedit effervescentiae. Ex hoc experimento patere arbitror vigintiquinque inter, & vigintiocto caloris gradus alkali dissipari, quod si colligatur, effervescat, massam inde relinqui foeten-



(*e*) Hoc experimentum tentavi matutinis horis, cum adesset D. Cigna: horis vero vespertinis, cum illud Clarifs. D. Bruni observandum praeberem, eventu quidem non caruit, sed minor inde nata est effervescentia: Heliotropii tinctura huic liquori admixta minime coloris mutationem passa est.

tentissimam utique, sed emisso alkali ad effervescendum ineptam.

12. Cum sanguinem intra vas accurate obturatum servassem, diutius alkalescentem indolem retinuit, etsi calori vingintiquinque graduum expositus fuisset; dum vero obturaculum educerem magno impetu vapores erumpebant, quibus totum cubiculum tetro admodum odore inficiebatur: vaporum explosio orta videtur ab aëre per putrescentiam extricato. Ex quo experimento intelligi potest, cur intra vasa humani corporis humores vix foetentes jam alkali contineant (§. 4. n. 2.), cum educti, & in apertis vasis servati gravem foetorem prius acquirant, quam ullum alkali indicium praebeant (6): nempe intra vasa humani corporis, ubi primum alkali gigni incipit, retinetur, cum in apertis vasis exhalans, tum demum percipi possit, quando majori copia gignitur, quam in auras dissipetur.

13. Quoniam vero serum integrum post decem demum dies alkali emisit (11), nonnisi post illud temporis intervallum corruptum fuisse censeo, tum quod clauso in vase tardius humores corrumpantur, tum quod inter illos serum tardissime putrescat: quod si corruptum jam humorem distillationi commisissem, minime dubitabam protinus alkali proditurum; propterea cupiebam corruptis humoribus idem experimentum capere, quod sero sano instituteram, ut & tempus definirem, quo alkali distillare inciperet, & collecto distillante liquore, eam coloris caerulei vegetabilis mutationem iterum tentare, quam ob cunctationem praecedenti experimento obtinere nequiveram. Sanguinem itaque putrefactum, & ex putrefactione cum acidis effervescentem (quem solum alkalescentem humorem tum habebam in promptu) alembico inclusi vitreo, eidemque caloris gradui exposui eodem apparatu, quem in superiori experimento adhibueram. Et quum prima die stillantes liquoris drachmas duas acidis variis miscerem, vehementem effervescentiam observavi,

eum-

eumdemque liquorem fucco violarum inftillans, color viridis non minus elegans ortus eft, quam ex affufo fpiritu c. c. oriretur , inductoque rubore ex admixta aqua forti, is nova diftillati liquoris affufione deletus eft, & violaceus color reftitutus. Liquor, qui per quinque fequentes dies diftillavit, eafdem alkali notas retinuit , quibus elapfis cum nihil amplius diftillare obfervarem, alembicum fregi, & ad ejus fundum cruftam inveni defcriptae (11) fimilem, fub qua portio ad fyrupi confiftentiam redacta recondita erat, quae alkalicam adhuc indolem oftendebat, fed levem, adeo ut fpatio duodecim horarum , per quod fuper feneftram , cujus temperies circa decem gradus Thermometri Reaumuriani erat, diffipato alkali, nulla ipfius veftigia remanferint.

14. Igitur & effervefcentia, & colorum mutatione conftat verum alkali illud effe, quod in humoribus putrefactis natum leviffimo calore in auras diffipatur. Ipfis equidem humoribus putrefactis colorum mutationem tentare maluiffem, nifi & feri corrupti turbida opacitas, & fanguinis rubor, ac bilis flavedo ambiguum de hifce experimentis judicium effeciffent; limpido itaque exhalante humore eadem experimenta inftituere tutius effe putavi, ut omne erroris periculum declinarem.

15. Quum foeteret graviffime refiduum diftillationis, quamquam omni alkali orbatum fuiffet, manifeftum videtur ab alkali foetorem exaltari quidem poffe, & magis penetrantem effici, non autem ab eodem produci, quandoquidem fupereft eo fublato.

16. Quoniam tamen continuato calore non folum alkalefcentia, fed & foetor fimul perit (6), videtur is odor a volatilibus admodum particulis etiam proficifci, fed quae ab alkali volatili diffimiles fint, & plerumque citius gignantur, tardiufque diffipentur, cum ante alkalefcentiam, & poft ipfam foetor plerumque percipiatur (8). Praeterea vero aliquando alkalefcentia adeffe poteft modico foe-

 tori

tori conjuncta, ut observavimus (13), vicissim maximus foetor absque alkalescentia, ut in postremo experimento deprehendimus (11. 12.). Ex quibus differentia inter foetidas, alkalinasque partes confirmari videtur, quam Clariss. Pringle alio argumento demonstraverat, animadvertens corruptae urinae halitus minime perniciosos esse, etsi prae caeteris corruptis corporibus maximam alkali salis quantitatem contineat; cum corruptorum aliorum humorum halitus infesti admodum sint, ex quo efficitur eos ab alkalici salis natura discrepare.

17. Quae cum ita sint, videtur alkali volatile non esse productum necessarium putrefactionis, neque gradum alkalescentiae gradui putrefactionis respondere, sed nativa salia oleis permixta vi putrefactionis volatilia reddi, si de stirpium partibus sermo sit, si vero de partibus animalium, videtur alkali actione viscerum jam inchoatum, aut aliis adhuc elementis involutum ex putrefactione persici, aut extricari: quapropter eo major quantitas alkali salis ex putrefactione nascatur, quo major sit in corporibus eidem expositis salium, aliorumque elementorum quantitas, quae salibus permixta volatilitatem alkalinam eisdem impertiri possunt. Si enim consideremus stirpes acescentes, & acidum in distillatione emittentes, postquam solidis animalium partibus subactae in sanguinem, aut humores conversae sunt, vix accescere (*f*), & parum acidi distillando emittere (*g*), sed fere statim putrescere, & in distillatione copiosum alkali acidi loco praebere; si consideremus alkali ex corporibus putrefactis citius adhuc in distillatione prodire (*h*); si animadvertamus actione viscerum, & putredine reliqua salia fere omnia destrui, nec in corruptorum corporum

(*f*) Macquer elem. de chym. theor. cap. 15. pag. 173. 174., & elem. de chym. pratiq. tom. 2. pag. 377. 380.
(*g*) Id. tom. cit. pag. 381., & seq.
(*h*) Id. tom. cit. pag. 378. 379.

porum combuſtorum cineribus ullum alkali amplius reperiri (*i*); ſi perpendamus eos humores, qui maximam ſalium quantitatem continent, ut urinam, maximam alkali copiam putreſcendo praebere (*j*), confirmari videtur ea, quam ſequimur, Chymicorum ſententia, qui cenſent ſalia volatilia a reliquis ſalibus ortum ducere, quae vi viſcerum animalium putredine, igne ita immutentur, ut alkalica evadant, nullo ſuperſtite priſtinae formae veſtigio (*k*). Inde vero intelligi poſſet, cur ſalia volatilia putredinem arcere poſſint (*l*), non ſecus, ac reliqua ſalia, quamquam ex putredine ortum ducant: quantitas enim alkalinorum ſalium per putredinem productorum reſpondet quantitati ſalium nativorum praeexiſtentium, quae porro ſalia cum arcendae putredini non ſufficerent, mirum non eſt genitum alkali ejuſdem progreſſui impediendo ineptum fuiſſe: quod ſi nativa ſalia majori copia praexiſtant, videtur utique, & genitum alkali putredinis progreſſum retardaturum: urina enim quae ſalibus copioſe referta eſt, non tam corrumpitur, nec ejuſdem corruptae halitus adeo pernicioſi ſunt, quemadmodum aliorum humorum (*m*), quod non aliunde, quam a praeexiſtentium ſalium, & geniti inde alkali copia, & efficacia repetendum eſſe videtur.

18. Urina ſana nonniſi trium dierum intervallo ita putreſcebat, ut cum acidis efferveſceret; veruntamen urina hominis putrida febre laborantis brevi tempore, ſpatio nimirum vigintiquatuor horarum, hujuſmodi alkaleſcentiam obtinuit. Sanguis ejuſdem hominis multo quoque citius, quam ſanguis ab homine pleuritico eductus alkaleſcentiae indi-

(*i*) Id. tom. cit. pag. 380. 381.
(*j*) Pringle Tr. ſur les ſub. ſept., & antiſep. mémoire 1. exper. 2. pag. 161.
(*k*) Macquer l. ult. cit., & tom. eod. pag. 343. 344. 349. 350.
(*l*) Quod, & Pringle teſtatur ( l. c. mem. 1. exp. 2. 3. ), & ego pluries expertus ſum, & propriis etiam experimentis confirmavit Cl. Gilbertus in diſp. de putred. Lipſ. 1753. §. 7. pag. 13.
(*m*) Pringle loc. cit. ad not. j.

indicia oſtendit. Sed haec ſpectant ad aliam claſſem experimentorum, quae in tempus aliud differenda eſſe conſtitui, ut opportunitatem nactus morboſos humores explorare, atque ex phaenomenorum comparatione ea deducere poſſim, quae morborum, eorumdemque indoli detegendae, aut therapejae perficiendae apta videbuntur.

19. Nec vero in graviſſima quaeſtione propriis tantum oculis fidere volui, ſed Clariſs. D. Bruni Anat. Profeſs., & Londinenſem Socium rogavi, ut experimentis meis intereſſet, ut & errores, qua eſt ſolertia, praecaveret, & auctoritate ſua experimentorum veritatem tueretur.

P. S. Doctiſſimus Navier (*n*), quum carnem bubulam vaſis accurate obturatis, ac glutinatis incluſam putrefactioni commiſiſſet in gradu caloris inter nonum, & vigeſimum Thermometri Reaumuriani, poſtquam in liquamen, & putrilaginem reſolutam fuiſſe obſervavit, per vitream retortam cum excipulo accurate glutinatam, arenae balneo diſtillavit, & liquorem clarum, ſubalbidum, ac foetentem primum obtinuit, ex quo caerulea carta, nonnihil rubra facta eſt: hunc tamen liquorem alkalino volatili ſale refertum eſſe comperit, cum ſuperaffuſo alkalici fixi liquore ſpiritus volatiles urinoſi ex miſcella prodierint; aucto deinceps igne, donec retorta candeſceret, diſtillare adhuc continuavit per horae quadrantem ſimilis liquor pauculo oleo imbutus, poſtremo ſal volatilis albus, concretus, vegetationis ſpecie, modica quantitate ad retortae collum depoſitus eſt, & vapores, qui adhuc per horae quadrantem prodierunt oleum craſſum, ambrei coloris ſuppeditarunt. Cum vero laudatus Auctor incorruptam carnem arenae balneo ſimiliter diſtillaſſet, liquor, qui eo calore prodiit, lim-

(*n*) Poſtquam mea haec experimenta in aliquem ordinem diſpoſuiſſem, ut typis committerem Celeb. Navier diſſertationem de oſſium mollitie legendam praebuit Clariſs. Bertrandi, in qua pag. 33., & ſeqq. Clariſſ. Viri citata experimenta reperi.

limpidus erat, nullumque alkaleſcentiae indicium exhibuit, nec niſi violento igne hujuſmodi demum ſales prodierunt. Quae quidem Clar. Viri experimenta noſtris egregie conſentire videntur: nam & miti caloris gradu ad putreſcentiam uſus eſt, & vaſis exacte obturatis corrumpendam carnem incluſit, ac propterea alkali retinuit, quod liquore primum extillante ſolutum leviſſimo calore prodiit, cum ex integris carnibus, nonniſi per auctam vim ignis demum educeretur (*o*).

(*o*) Idipſum in partibus omnibus animalibus obtinere, ut corruptae leviſſimo caloris gradu alKali diſtillando praebeant, integrae majorem ignis vim requirant, ut id alKali emittant. Clariſs. Macquer docuit Chym. pratiq. loc. cit. ad not. h.

DE

# FASCICULUS STIRPIUM

## Sardiniae in Dioecesi Calaris lectarum

## A Michaele Antonio Plazza

CHIRURGO TAURINENSI,

*Quas in usum Botanicorum recenset*

## CAROLUS ALLIONUS.

ACANTHUS foliis sinuatis inermibus *Linn. spec. pl.* 639.
Acanthus sativus, seu mollis Virgilii *C. B. pin.* 383.
*Habitat in vinetis circa Calarim.*

ACANTHUS foliis pinnatifidis spinosis *Linn. sp. pl.* 639.
Acanthus aculeatus *C. B. pin.* 383.
*Crescit iisdem locis.*

AEGYLOPS spica ovata aristis breviore *Linn. sp. pl.* 1050.
Festuca altera capitulis duris *C. B. the.* 151.

AGROSTEMMA glabra foliis lineari-lanceolatis, patalis emarginatis coronatis *Linn. sp. pl.* 436.
Lychnis foliis glabris calyce duriore *Bocc. sic.* 27.

ANAGALLIS foliis cordatis amplexicaulibus, caulibus compressis *Linn. sp. pl.* 149.
Anagallis hispanica latifolia maximo flore *Tournef. inst.* 143.

ANTIRRHINUM foliis caulinis lanceolato-linearibus sparsis: radicalibus rotundis ternis *Linn. sp. pl.* 615.
Linaria annua purpuro-violacea, calcaribus longis, foliis imis rotundioribus *Magn. monsp.* 159.

ANTIRRHINUM procumbens ramosum, foliis alternis ovatis acuminatis integerrimus, floribus caudatis axillaribus.
*Folia succosa, glabra, alterna, sessilia, supremis angustioribus elliptico acuminatis. Pedunculi foliis altiores, singulares, uniflori. Flos cyanaeus cum hiatu clauso. Calcar floris acutum pedunculo subaequale, & florem longitudine*

aequans

*aequans. Capsula rotunda calyce minor. Eritne?* Linaria lusitanica maritima polygalae folio *Tourn. inst.* 169.

ANTHEMIS caule ramoso, foliis pinnato-multifidis setaceis, calycibus villosis pedunculatis *Linn. sp. pl.* 895.

Buphthalmum cotulae folio *C. B. pin.* 134.

APHANES *Linn. sp. pl.* 123.

Alchemilla minima montana *Col. ecphr.* 145.

APHILLANTHES *Linn. sp. pl.* 294.

Aphillanthes Monspeliensium *Lob. adv.* 190.

ARBUTUS caule erecto, foliis glabris serratis, baccis polyspermis *Linn. sp. pl.* 395.

Arbutus folio serrato *C. B. pin.* 460.

*Abunde in montibus* septem Fratrum.

ARENARIA foliis filiformibus, stipulis membranaceis vaginantibus *Linn. sp. pl.* 423.

Alsine spergulae facie minor, seu spergula minor sub caeruleo flore *C. B. pin.* 251.

ARISTOLOCHIA foliis cordatis subsessilibus, obtusis, caule infirmo, floribus solitariis *Linn. sp. pl.* 962.

Aristolochia rotunda flore ex purpura nigro *C. B. pin.* 307.

*Provenit in agro* di Siurgius.

ARUM a caule foliis cordato-oblongis, spatha bifida, spadice incurvo *Linn. sp. pl.* 966.

Arisarum latifolium *Clus. hist.* 2. *p.* 73.

*Circa* Calarim, *& in agro* S. Pantaleonis.

ASPHODELUS caule nudo, foliis strictis subulatis striatis subfistulosis *Linn. sp. pl.* 309.

Asphodelus minor *Clus. hist.* 1. *p.* 197.

ASPHODELUS caule nudo, foliis ensiformibus carinatis laevibus *Linn. sp. pl.* 310.

Asphodelus albus ramosus mas *C. B. pin.* 28.

Asphodelus albus non ramosus *C. B. pin.* 28.

BARTSIA foliis superioribus alternis serratis, floribus lateralibus *Linn. sp. pl.* 602.

Alectorolophos italica luteo-pallida *Barrel. rar. ic.* 665.

Bartsia foliis oppositis lanceolatis obtuse serratus *Linn. sp. pl.* 602.

Trixago apula unicaulis *Col. ecphr.* 1. *p.* 199.

Bulbocodium foliis lanceolatis *Linn. sp. pl.* 294.

Colchicum vernum Hispanicum *C. B. pin.* 69.

*Prope oppidum* Ulassay *secus torrentem*.

Bufonia *Linn. sp. pl.* 123.

Herniaria angustissimo gramineo folio erecta *Magn. hort.* 97.

Bunias siliculis ovatis laevibus ancipitibus *Linn. sp. pl.* 670.

Eruca maritima Italica siliqua hastae cuspidi simili *C. B. pin.* 99.

*In sabulosis mari proximis, & maxime stagnis exsiccatis.*

Bupleurum involucellis pentaphillis acutis : universali diphillo, foliis lanceolatis petiolatis *Linn. sp. pl.* 237.

Bupleurum folio subrotundo sive vulgatissimum *C. B. pin.* 278.

Bupleurum caule dichotomo subnudo, involucris minimis acutis *Linn. sp. pl.* 238.

Bupleurum folio rigido *C. B. pin.* 278.

*Utrumque inter segetes agri* di Sardara.

Buphthalmum calycibus acute foliosis, ramis alternis, foliis lanceolatis amplexicaulibus integerrimus *Linn. sp. pl.* 903.

Aster luteus foliis ad florem rigidis *C. B. pin.* 266.

Campanula caule dichotomo, foliis sessilibus utrinque dentatis *Linn. sp. pl.* 169.

Erini seu rapunculi minimum genus *Col. phytob.* 122.

Capparis aculeata *Linn. sp. pl.* 503.

Capparis spinosa fructu minore, folio rotundo *C. B. pin.* 480.

*Rupes circa* Calarim *inhabitat.*

Celtis foliis ovato-lanceolatis *Linn. sp. pl.* 1043.

Lotus fructu cerasi *C. B. pin.* 447.

CENTAUREA calycibus laevibus, ſquammis ovatis mucronatis, foliis ciliato-ſpinoſis.

*Caulis erectus, ſtriatus, ramoſus, durus, pedalis, aut paullo elatior ramis unico flore terminatis. Folia prima dentato-lyrata; reliqua integra, lineari-lanceolata: omnia denticulis ſpinulas exerentibus, & pinnatis inſtructa, erecta, firmula, glabra. Flos luteus. Calix ex ſquammis laevibus, arcte imbricatis, in ſpinulam brevem abeuntibus.*

CERASTIUM floribus pentandris petalis integris *Linn. ſp. pl.* 439.

CISTUS arboreſcens, foliis ſeſſilibus utrinque villoſis rugoſis, inferioribus ovatis baſi connatis; ſummis lanceolatis *Linn. ſp. pl.* 514.

Ciſtus mas anguſtifolius *C. B. pin.* 464.

CISTUS arboreſcens, foliis oblongis tomentoſis incanis ſeſſilibus ſupra avenis, alis nudis *Linn. ſp. pl.* 524.

Ciſtus mas, folio oblongo incano *C. B. pin.* 464.

CISTUS arboreſcens, foliis ovatis petiolatis utrinque hirſutus, alis nudis *Linn. ſp. pl.* 524.

Ciſtus foemina folio ſalviae *C. B. pin.* 464.

CISTUS herbaceus exſtipulatus, foliis oppoſitis trinerviis, racemis ebracteatis. *Linn. ſp. pl.* 526.

Helianthenum flore maculoſo *Col. ecphr.* 2. *p.* 78.

*Omnes hi ciſti ſicca paſcua amant, & abunde naſcuntur circa Oppidum* Villanova Tullo.

CLEMATIS cirrhis ſcandens *Linn. ſp. pl.* 544.

Clematis peregrina foliis pyri inciſis: nunc ſingularibus, nunc ternis *Tournef. cor.* 20.

CLYPEOLA ſiliculis unilocularibus monoſpermis *Linn. ſp. pl.* 652.

Jonthlaſpi minimum ſpicatum lunatum *Col. ecphr.* 1. *p.* 281.

CONVOLVULUS foliis ſagittatis utrinque acutis, pedunculis unifloris *Linn. ſpec. pl.* 153.

Convolvulus minor arvenſis *C. B. pin.* 294.

CONVOLVULUS foliis sagittatis postice truncatis, pedunculis unifloris *Linn. sp. pl.* 156.

Convolvulus major albus *C. B. pin.* 294.

CONVOLVULUS foliis palmatis cordalis sericeis: lobis repandis, pedunculis bifloris *Linn. sp. pl.* 156.

Convolvulus argenteus folio altheae *C. B. pin.* 194.

CRITHMUM foliolis lanceolatis carnosis *Linn. sp. pl.* 246.

Crithmum, seu foeniculum maritimum minus *C. B. pin.* 288.

*Ad rupes, quæ mare spectant.*

CROTON foliis rhombeis repandis, capsulis pendulis, caule herbaceo *Linn. sp. pl.* 1004.

Ricinoides, ex qua paratur Tournesol Gallorum *Tourn. Nissole act. Paris.* 1712. *p.* 337.

*Abunde in arvis.*

CYCLAMINUS foliis cordatis acutis angulose dentatis.

Cyclamen folio anguloso *C. B. pin.* 308.

*Ubique in celsis montibus.*

*Folia tenuiora, quam in vulgari cyclamino, & ampliora angulis, seu dentibus brevissima spinula notatis. Corolla purpurea retroflexa.*

CYNOSURUS paniculae spiculis sterilibus pendulis ternatis, floribus aristatis *Linn. sp. pl.* 73.

Gramen panicula pendula aurea *C. B. the.* 33.

CYTISUS floribus lateralibus, foliis hirsutis, caule erecto striato *Linn. sp. pl.* 740.

Cytisus monspessulanus medicae folio, siliquis dense congestis, & villosis *Tournef. inst.* 648.

DAPHNE floribus sessilibus aggregatis axillaribus, foliis ovatis utrinque pubescentibus norvosis *Linn. sp. pl.* 356.

Thymelaea foliis candicantibus, & serici instar mollibus *C. B. pin.* 463.

*Abunde circa* Ulassay.

DRABA caule non ramoso, foliis cordatis acutis dentatis sessilibus.

*Cau-*

*Caulis ſimpliciſſimus, pedalis, in lungo racemo floriger. Folia piloſo-hiſpida acute terminata, & acutis dentibus praedita, non amplexicaulia.*

Erica antheris bicornibus incluſis, corollis companulatis longioribus, foliis quaternis patentiſſimis, caule ſubarboreo tomentoſo *Linn. ſp. pl.* 353.

Erica maxima alba *C. B. pin.* 485.

Ervum pedunculis ſubbifloris, ſeminibus globoſis quaternis *Linn. ſp. pl.* 738.

Vicia ſegetum ſingularibus ſiliquis glabris *C. B. pin.* 345.

Eryngium foliis radicalibus ſubrotundis plicatis ſpinoſis, capitulis pedunculatis *Linn. ſp. pl.* 233.

Eryngium maritimum *C. B. pin.* 386.

Eryngium foliis radicalibus planis quadratis ſublobatis, caulinis digitatis, pedunculo terminali.

Eryngium capitulis pſillii *Bocc. rar.* 88.

*Copioſe in paſcuis.*

*Radix tuberoſa obſcura, ex qua folia plura longe petiolata plana dentato-ſpinoſa, quadrato-orbiculata nunc integra, nunc ſubtriloba. Prima caulina profundius triloba, aut quinqueloba, adhuc petiolata; quae, ſequuntur, ſeſſilia, quinquedigitata foliolis lineari-lanceolatis, & ciliato-ſpinoſis. Ex ſummis foliorum alis, aut ſumma planta pedunculus floriger cum uno, alterove ſeſſili folio.*

Euphorbia umbella trifida: dichotoma involucellis lanceolatis, foliis linearibus *Linn. ſp. pl.* 456.

Tithymalus ſive eſula exigua *C. B. pin.* 291.

Euphorbia umbella ſubquinqueſida ſimplici, involucellis ovatis: primariis triphillis, foliis oblongis integerrimis, caule fruticoſo *Linn. ſp. pl.* 457.

Tithymalus maritimus ſpinoſus *C. B. pin.* 291.

*In monte* Eſterſili *frequens.*

Ferula foliolis linearibus longiſſimis ſimplicibus *Linn. ſp. pl.* 247.

Ferula

Ferula femina Plinii *C. B. pin.* 148.

FUMARIA subcirrhosa ex alis florigera, segmentis foliorum bilobis, pericarpiis rotundis monospermis.

*Abunde circa* Calarim.

*Caules erecti, spithamaei, sulcati, laeves, ramosi extremis ramis quandoque in cirrhum desinentibus. Folia petiolata, glauca, profunde, & inaequaliter trifida segmentis bilobis ovalibus cum spinula, alterna, sed ad ramorum ortum opposita. Floralium segmentum unum saepe bilobum, reliqua integra sunt. Nudus pedunculus foliis altior flores fert fumariae officinalis in brevem spicam congestos.*

GALIUM foliis quaternis ovatis, aculeato-ciliatis, seminibus hispidis *Linn. sp. pl.* 108.

Rubia semine duplici hispido latis, & hirsutis foliis *Bocc. rar.* 6.

*Folia glabra, vix nervosa. Panicula axillaris cauli perpendicularis.*

GALIUM foliis quaternis ovatis laevibus obtusis, panicula dichotoma, seminibus hispidis *Linn. sp. pl.* 108.

Rubia quadrifolia semine duplici hispido *Bauh. hist.* 3. *p.* 718.

GALIUM foliis verticillatis lineari-setaceis, pedunculis folio longioribus *Linn. sp. pl.* 107.

Galium nigro-purpureum montanum tenuifolium *Col. ecphr.* 1. *p.* 298.

GERANIUM pedunculis multifloris, calycibus pentaphyllis, floribus pentandris, foliis cordatis sublobatis *Linn. sp. pl.* 680.

Geranium folio altheae *C. B. pin.* 318.

GERANIUM pedunculis multifloris, calycibus pentaphillis, floribus pentandris, foliis pinnatis acutis sinuatis *Linn. spec. pl.* 680.

Geranicum acu longissima *C. B. pin.* 319.

GERA-

Geranium pedunculis bifloris, calycibus pyramidatis angulatis rugofis, foliis quinquelobis rotundatis *Linn. fpec. pl.* 682.

Geranium lucidum faxatile *C. B. pin.* 318.

Geranium pedunculis bifloris, foliifque rameis alternis, caule ramofo diffufo, calycibus muticis *Linn. fp. pl.* 682.

Geranium columbinum villofum petalis bifidis purpureis *Vaill. Parif.* 79. *t.* 15. *f.* 3.

Geranium pedunculis bifloris, foliis quinquepartito- multifidis angulatis: laciniis acutis, capfulis glabris, calycibus ariftatis *Linn. fp. pl.* 682.

Geranium foliis ad nervum quinquefidis, pediculo longiffimo, caule proftrato *Hall. helv.* 367.

Gentiana dichotoma, ramis unifloris, corollis quinquefidis infundibuli-formibus, calycibus membranaceis.

Centaurium luteum novum *Col. ecphr.* 2. 77.

*Caules ad fummum fpithamaei, fubrotundi, glabri. Folia feffilia, oppofita, ovata. Caules irregulariter dichotomi femel, aut bis. Corolla lutea fegmentis ovato acutis, & tubo calycem fuperante. Tubi longitudo bis, & ultra corollae limbum metitur. Calix decem ftriatus, membranaceo-tranfparens fegmentis capillaribus.*

Gladiolus foliis enfiformibus, floribus diftantibus *Linn. fp. pl.* 36.

Gladiolus floribus uno verfu difpofitis *C. B. pin.* 41.

Gnaphalium caule erecto dichotomo, floribus pyramidatis axillaribus *Linn. fp. pl.* 857.

Gnaphalium minimum alterum noftras ftoechadis citrinae foliis tenuiffimis *Pluk. alm.* 172. *t.* 298. *f.* 2.

Gnaphalium caule fimpliciffimo, foliis amplexicaulibus lanceolatis denticulatis, corymbo compofito terminali.

*Circa oppidum* Villanova Tullo.

*Tomentofa ftirps eft palmaris altitudinis. Folia fubvirent erecta, mollia, ambitu minutim & inaequaliter denticulato.*

*Flo-*

*Flores rotundi parvi ex citrino, & viridi subrubentes in densum corymbum conglobati.*

GYPSOPHILA foliis mucronatis recurvatis, floribus aggregatis *Linn. sp. pl.* 406.

Caryophillus saxatilis, ericae foliis umbellatis corymbis *C. B. pin.* 211.

*In promontorio* S. Eliae *circa* Calarim.

HERNIARIA hirsuta *Bauh. hist.* 3. *p.* 379.

HESPERIS caule erecto ramoso, foliis cordatis amplexicaulibus serratis villosis *Linn. sp. pl.* 664.

Leucojum minus rotundifolium flore purpureo *Barrel. ic.* 876.

HELIOTROPIUM foliis ovatis tomentosis integerrimis rugosis, spicis conjugatis *Linn. sp. pl.* 130.

Heliotropium majus Dioscoridis *C. B. pin.* 253.

ILLECEBRUM floribus bracteis nitidis occultatis, capitulis terminalibus, caule erecto *Linn. sp. pl.* 207.

Paronychia narbonensis erecta *Tournef. inst.* 508.

JUNIPERUS foliis quaternis patentibus subulatis mucronatis *Linn. sp. pl.* 207.

Juniperus major bacca refuscente *C. B. pin.* 489.

JUNIPERUS foliis oppositis erectis decurrentibus oppositionibus pixidatis *Linn. sp. pl.* 1039.

Sabina folio cupressi *C. B. pin.* 487.

LAGURUS spica ovata *Linn. sp. pl.* 81.

Gramen alopecuroides spica rotundiore *C. B. the.* 56.

LATHYRUS pedunculis unifloris, cirrhis diphillis, leguminibus ovatis compressis: dorso canaliculatis *Linn. spec. pl.* 740.

Lathyrus sativus flore purpureo *C. B. pin.* 344.

LATHYRUS pedunculis unifloris, cirrhis aphillis, stipulis sagittato-cordatis *Linn. sp. pl.* 279.

Vinea lutea foliis convolvuli minoris *C. B. pin.* 345.

LAPSANA calycibus fructus torulosis depressis obtusis sessilibus *Linn. sp. pl.* 811.

Chon-

Chondilla verrucaria foliis cichorii viridibus *C. B. pin.* 130.
*Ubique ad vias*.

LAPSANA calycibus fructus undique patentibus: radiis subulatis, foliis lyratis *Linn. sp. pl.* 812.
Rhagadiolus lapsanæ foliis *Tournef. cor.* 36.

LINUM calycibus acuminatis, foliis lanceolatis sparsis strictis scabris acuminatis, caule tereti basi ramoso *Linn. sp. pl.* 278.
Linum sylvestre caeruleum folio acuto *C. B. pin.* 214.

LINUM calycibus acutis, foliis lineari-lanceolatis alternis, paniculae pedunculis bifloris *Linn. sp. pl.* 279.
Linum sylvestre minus flore luteo *C. B. pin.* 214.
*In pascuis* S. Pantaleonis.

LINUM calycibus, foliisque lanceolatis strictis mucronatis: margine scabris *Linn. sp. pl.* 279.
Lithospermum linariae folio monspeliensium *C. B. pin.* 259.

LOTUS capitulis aphillis, foliis sessilibus quinatis *Linn. sp. pl.* 776.
Dorychnium monspeliensium *Lob. ic.* 51.

LUPINUS calycibus alternis appendiculatis: labio superiore bipartito, inferiore integro *Linn. sp. pl.* 721.
Lupinus angustifolius caeruleus elatior *Ray hist.* 908.

MOLLUGO foliis quaternis obovatis, panicula dichotoma *Linn. sp. pl.* 89.
Anthillis marina alsinefolia *C. B. pin.* 282.

MYOSOTIS seminibus nudis: foliorum apicibus callosis *Linn. sp. pl.* 131.
Echium scorpioides palustre *C. B. pin.* 254.

OENANTE umbellularum pedunculis marginalibus longioribus ramosis masculis *Linn. sp. pl.* 254.
Oenanthe prolifera apula *C. B. pin.* 163.

ONONIS trifolia viscosa, hirsuta, pedunculis congestis, floribus pendulis *Sauv. monsp.* 190.

Anonis pusilla villosa, & viscosa purpurascente flore *Tourn. inst.* 408.

*Folia cuneiformia in apice denticulata, trifoliata; sed floralia simplicia. Stipulae lanceolatae, non setaceae. Spicae ramos, & caulem terminant. Flores ex alis stipularum prodeunt singulares. Pedunculus petiolo longior. Flos calyce minor reflexus. Fructus longitudine calycis: semina nigra angulata decem circiter.*

Ononis pedunculis unifloris filo terminatis, foliis simplicibus *Linn. sp. pl.* 718.

Anonis lutea viscosa latifolia minor, flore pallido *Barrel. ic.* 1239.

Anonis viscosa spinis carens lutea latifolia annua *Magn. monsp.* 21.

*Folia brevis petioli ope insidentia retangulae stipulae, orbiculata, aut oblonga, minutim denticulata. Pedunculi uniflori, axillares, stipula longiores, terminati filo folia superante. Flos pentaphillo calyce minor. Fructus longior calyce, aequalis stipulae semina recondit tria, aut quatuor reniformia. Planta tota villosa est.*

Ornithopus foliis pinnatis, leguminibus subarcuatis *Linn. sp. pl.* 743.

Ornithopodium minus *C. B. pin.* 350.

Othonna foliis pinnatifidis tomentosis: laciniis sinuatis; caule fruticoso *Linn. sp. pl.* 927.

Jacobaea maritima *C. B. pin.* 131.

*Ad maris littus abunde.*

Passerina foliis carnosis extus glabris, caulibus tomentosis *Linn. sp. pl.* 559.

Thymelaea tomentosa foliis sedi minoris *C. B. pin.* 463.

Phillyrea foliis cordato-ovatis serratis *Linn. sp. pl.* 8.

Phillyrea folio leviter serrato *C. B. pin.* 476.

Plantago foliis lineari-lanceolatis hirsutis, spica cylindrica erecta, scapo tereti foliis longiore *Linn. sp. pl.* 114.

Flo-

Holosteum hirsutum albicans minus *C. B. pin.* 190.

PLANTAGO caule ramoso, foliis integerrimis, spicis foliosis *Linn. sp. pl.* 115.

Psyllium majus erectum *C. B. pin.* 191.

PLUMBAGO foliis amplexicaulibus *Linn. sp. pl.* 151.

Lepidium dentellaria dictum *C. B. pin.* 197.

POLYGONUM floribus pentandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis, caule stipulis obtecto fruticoso *Linn. sp. pl.* 361.

Polygonum maritimum latifolium *C. B. pin.* 280.

POLYPODIUM fronde bipinnata: pinnis lunulatis dentatis, stipite strigoso *Linn. sp. pl.* 1090.

Filix aculeata major *C. B. pin.* 358.

POTERIUM inerme caulibus subangulosis *Linn. sp. pl.* 994.

Pimpinella sanguisorba minus hirsuta *C. B. pin.* 160.

POTERIUM spinis ramosis *Linn. sp. pl.* 994.

Poterio affinis, foliis pimpinellae, spinosa *C. B. pin.* 388.

*Abunde circa* Calarim.

PSORALEA foliis omnibus ternatis: pedunculis spicatis folio longioribus *Linn. sp. pl.* 763.

Trifolium bitumen redolens *C. B. pin.* 327.

*Ubique circa* Calarim.

QUERCUS foliis ovato-oblongis indivisis, serratisque, cortice integro *Linn. sp. pl.* 995.

Ilex oblongo serrato folio *C. B. pin.* 424.

*Ubique frequens.*

QUERCUS foliis ovato-oblongis indivisis serratis subtus tomentosis, cortice rimoso fungoso *Linn. sp. pl.* 995.

Suber latifolium sempervirens *C. B. pin.* 424.

QUERCUS foliis ovatis indivisis spinoso-dentatis glabris *Linn. sp. pl.* 995.

Ilex aculeata cocciglandifera *C. B. pin.* 425.

*Abunde loco dicto* Pedra de Fogu.

Reseda foliis lanceolatis integris, calycibus quadrifidis *Linn. sp. pl.* 448.

Luteola herba salicis folio *C. B. pin.* 100.

Reseda foliolis alternis integerrimis, fructibus tetragynis.

Reseda minor incisis foliis *Barrel. ic.* 587.

Reseda foliis calcitrapae flore albo *Mor. hort. bles.*

Rubia foliis senis *Linn. sp. pl.* 109.

Rubia sylvestris aspera *C. B. pin.* 33.

Rumex floribus hermaphroditis, valvulis dentatis nudis reflexis *Linn. sp. pl.* 336.

Acetosa ocymi folio Neapolitana *C. B. pin.* 114.

Rumex floribus dioicis, foliis lanceolato-hastatis *Linn. sp. pl.* 338.

Acetosa arvensis lanceolata *C. B. pin.* 114.

Sagina caule erecto unifloro *Linn. sp. pl.* 128.

Alsine verna glabra *Vaill. paris.* 6. *t.* 3. *f.* 2.

Saxifraga foliis caulinis palmato-lobatis, caulinis sessilibus, caule ramoso bulbifero *Linn. sp. pl.* 403.

Saxifraga bulbosa altera bulbifera montana *Col. ecphr.* 1. *p.* 318.

Scandix seminibus ovatis hispidis, corollis uniformibus, caule laevi *Linn. sp. pl.* 257.

Myrrhis sylvestris aequicolorum *Col. ecphr.* 1. *p.* 110.

Scandix seminibus subulatis, hispidis, floribus rostratis, caulibus laevibus *Linn. sp. pl.* 257.

Scandix cretica minor *C. B. pin.* 152.

Scrophularia, foliis difformibus, pedunculis axillaribus aggregatis *Linn. sp. pl.* 620.

Scrophularia foliis laciniatis *C. B. pin.* 236.

Scrophularia foliis cordatis: superioribus alternis, pedunculis axillaribus bifloris *Linn. sp. pl.* 621.

Scrophularia urticae folio *C. B. pin.* 236.

Serapias bulbis subrotundis, nectarii labio trifido acuminato petalis longiore *Linn. sp. pl.* 950.

Or-

Orchis montana italica flore ferrugineo, lingua oblonga *B. C. pin.* 84.

SHERARDIA foliis omnibus verticillatis, floribus terminalibus *Linn. sp. pl.* 102.

Rubeola arvensis repens caerulea *C. B. pr.*

SILENE hirsuta, petalis emarginatis, fructibus erectis alternis hirsutis sessilibus *Linn. sp. pl.* 417.

Viscago cerastei foliis, vasculis erectis sessilibus *Dill. elth.* 416. *t.* 309.

SISON foliis caulinis subcapillaribus *Linn. sp. pl.* 252.

Arumi parvum foliis foeniculi *C. B. pin.* 159.

SPARTIUM foliis ternatis, ramis angulatis spinosis *Linn. sp. pl.* 709.

Acacia trifolia *C. B. pin.* 392.

TAXUS foliis approximatis *Linn. sp. pl.* 1040.

Taxus *C. B. pin.* 505.

*Occurrit in agro* Ulassey; *de caetero rarus.*

TEUCRIUM foliis integerrimis ovatis utrinque acutis, racemis secundis villosis *Linn. sp. pl.* 564.

Marum cortusi *J. B. p.* 242.

TEUCRIUM . . . . . . . .

Polium maritimum erectum monspeliacum *C. B. pin.* 221.

Polium monspessulanum *J. B.* 3. 299.

THLASPI siliculis subrotundis, foliis amplexicaulibus cordatis subserratis *Linn. sp. pl.* 646.

Thlaspi arvense perfoliatum majus *C. B. pin.* 106.

THYMUS erectus, foliis revolutis ovatis, floribus verticillato-spicatis *Linn. spec. pl.* 591.

Thymus vulgaris folio latiore *C. B. pin.* 219.

*Frequens circa* Calarim.

TORDYLIUM umbella conferta, foliolis ovato-lanceolatis pinnatifidis *Linn. sp. pl.* 241.

Caucalis semine aspero, flosculis rubentibus *C. B. pr.* 80.

*Ad fossas prope oppidum* Gerey.

TORDYLIUM umbellis ſimplicibus ſeſſilibus, ſeminibus exterioribus hiſpidis *Linn. ſp. pl.* 240.

Caucalis nodoſa echinato ſemine *C. B. pr.* 80.

*Ibidem* .

TORDYLIUM alterum majus λειοκαρπος *Col. ecphr.* 122.

TRIFOLIUM ſpicis villoſis ovalibus, dentibus calycinis ſetaceis aequalibus *Linn. ſp. pl.* 768.

Trifolium arvenſe humile ſpicatum, ſive Lagopus *C. B. pin.* 328.

TRIFOLIUM ſpicis ovalibus imbricatis, vexillis deflexis perſiſtentibus, calycibus nudis, caule erecto *Linn. ſp. pl.* 772.

Trifolium agrarium *Dod. pemp.* 576.

TRIFOLIUM caulibus ſimplicibus, ſpicis piloſis aphillis mollibus ſubrotundis, foliolis cordatis.

Trifolium alopecurum ſpica globoſa *Barrel. ic.* 1188.

*Caules rotundi, villoſi, ſpithamaei. Stipula ampla in duos lobos quadrato-ovales denticulatos diviſa educit petiolum biunciale, quod jungit tria foliola denticulata, ex cuneiformi cordata,* oxalidi *ſimilia. Spica ſubrotunda, compreſſa, terminalis. Calyces ſtriati, ſericeo villoſi. Dentes calycini ſubaequales patentes, & tubo calycis longiores. Flos polypetalus calyci ſubaequalis.*

TURRITIS foliis omnibus hiſpidis, caulinis amplexicaulibus *Linn. ſp. pl.* 666.

Eryſimo ſimilis hirſuta non laciniata alba *C. B. prodr.* 42.

VERONICA floribus ſolitariis, foliis cordatis inciſis pedunculo longioribus *Linn. ſp. pl.*

Alſine veronicae foliis, floſculis cauliculis adhaerentibus *C. B. pin.* 250.

VERONICA floribus ſolitariis, foliis cordatis planis quinquelobis *Linn. ſp. pl.* 13.

Alſine hederulae folio *C. B. pin.* 250.

VIBURNUM foliis integerrimis ovatis: ramificationibus ſubtus villoſo-glanduloſis *Linn. ſp. pl.* 267. Lau-

Laurus ſylveſtris corni foeminae foliis ſubhirſutis *C. B. pin.* 461.

**Vicia** pedunculis multifloris, foliolis reflexis ovatis mucronatis, ſtipulis ſubdentatis *Linn. ſp. pl.* 734.

Vicia maxima dumetorum *C. B. pin.* 385.

**Vicia** leguminibus ſeſſilibus ſubbinatis erectis, foliis retuſis, ſtipulis notatis *Linn. ſp. pl* 736.

Vicia ſativa vulgaris ſemine nigro *C. B. pin.* 344.

**Viola** acaulis foliis cordatis, ſtolonibus reptantibus *Linn. ſp. pl.* 935.

Viola martia purpurea flore ſimplici odoro *C. B. pin.* 119.

*Rara in* Sardinia *planta creſcit in agro* Hierſu.

# OBSERVATIONES

## AMBROSII BERTRANDI.

VEteres Anatomici observationibus destituti de generationis opere parum, aut nihil intellexerunt; atque in summa rei obscuritate posteros vix aliquid esse intellecturos, nisi potius modos operis sequantur, pene desperandum est; Harvejus hanc methodum primus amplificavit, quam ipse quum sequerer non nullas observationes cumulare contigit, quas modo nudas exponam. Primae institutae sunt circa corpora ovariorum, ut vocant glandulosa; neque de his, quae satis vulgaria sunt, transcribam. Quaerebant Physiologi non nulli, an in virginibus intemeratis comperirentur, nec ita facile, atque constanter respondebant Anatomici. Santorinus vero per conjecturam rem adeo invexit, ut virginum morbos aliquos uteri a praecoci, & vehementi ipsorum intumescentia repetendos esse existimaverit. Cl. Morgagnius rem maxime cohibuit, ut nullum hujusmodi corpus in virginibus, quod cum iis nuptarum comparari posset, numquam observavisse scripserit (in epist. ad me dat. die XIII. Novembr. 1749.) Ego vero in puellis a decimo quarto ad vigesimum annum, quas non magis transactae vitae genus, quam partium genitalium intemerata integritas, & plenitudo virgines decessisse indicabant, in ovariis stigmata, seu granula quaedam observavi, quae corporum glandulosorum rudimenta referrent; in aliis porro adeo perfecta, & turgentia vidi, ut totam amplitudinem suam acquisivisse facile putarem; imo in robusta, & succiplena puella hujusmodi corpus inveni, cujus papilla gan-

gangraena esset correpta, idque totum sanguine atro oppletum.

Corpora hujusmodi glandulosa in puellis veluti in masculis semen excitare crediderim; vesiculae seminales in his dilatantur, semineque recens affluente replentur ad XII., vel XIV. vitae annum magis, vel non ita cito, eo quidem tempore, quo ephoebi pubertatem attingunt, nutritionis materia ultra corporis incrementi rationem in his tunc redundante, atque in prolificum semen evadente, siquidem nutritio, & generatio, idem pene naturae opus sint: Malpighius frequentissime in vitulis nuper natis unam, aut alteram vesiculam insignem deprehendisse scripsit, cui lutea substantia graminis instar adnascebatur; ego vero in animantibus hujus generis, atque aetatis flavescere vidi, non autem veluti adoriente lutea substantia, sed potius tinctura, quae facile abstergeretur, aut equidem solidam substantiam non comperi, quam veluti lutei corporis rudimentum asseverare possem, nec porro vesiculas adeo insignes in his potui deprehendere; asperam, leviterque tuberosam sentiebam ovarii superficiem, vesiculas non satis bene distinguebam. Nihilo secius veluti florum uterum undique, & in solido crescere hujusmodi corpora ostendam, si primum qualia sint, quando plena, perfectaque inveniuntur, indicavero.

Glandem referunt, quae profunde in ovario infixa papillam ad ejusdem superficiem porrigit, veluti segmentum minoris spherae majori appositum, & acretum: mammae papillae comparaveris; hujusmodi papilla saepius bene devoluta, terminataque videtur, alias nulla est, atque glandis ipsa convexitas aliqua parte protuberat, alias verrucam excisam, minus bene per ambitum terminatam inveniebam. Ovarium in transversum ovatum, anterius, posteriusque compressum est; ad latus externum, ut plurimum germinat corpus luteum, etsi in quacumque parte itidem inve-

O niatur;

niatur; in Vacca frequentiſſime maximam ovarii partem occupat, totum occupaſſe non ſemel vidi; in humanis ciceris, aut mediocris fabae craſſitiem non raro excedit, in illis olivam refert, aut ceraſum majus, in pecude, aut ſcropha humanorum amplitudinem ſequitur, aut parum ſuperat.

Simplex, & unum ut plurimum eſt, rariſſime duo in eodem ovario, aut unum in utroque reperitur. At vero, quum praeſens fuerit amplum, plenumque corpus luteum, alia minora quandoque occurrunt circumſcripta, terminataque, vel tanquam, quod magis raro vidimus, majoris continuatas appendices; rariſſime non invenimus maculas obſcuras cinereas ſubluteas, vel etiam nitide croceas profunde reconditas, aut veluti granula, aut papulas, quae mox ſub ovarii tunica tranſparebant, aut etiam turgebant; in beſtiis corpus luteum plenum, perfectumque perpetuo in eo reperiebatur ovario, quod ex latere eodem erat cornu gravidi, atque licet multiparae ſint, numerus tamen luteorum corporum nequaquam ex embryonum numero eſt.

Tunicam habent ſat craſſam, renitentemque, quae vaſculis plurimis ſanguineis obducitur, eaque ſpermaticorum, uterinorumque fuiſſe ſoboles comperimus; venae magis, quam in aliis corporis partibus arteriarum amplitudinem excedunt. Exterius communi ovarii tunica, quae tenuvior fit, obvolvitur, & cooperitur, quae & in id ipſum continuari videtur, circum circum qua parte ovario innititur fibris rubellis, compactis, reticulatis obducitur, quibus illud opus tribuerunt Anatomicorum aliqui, ut premerent, urgerentque ovulum foras e ovario in Fallopianam dictam tubam.

Veſiculas, ſeu ut ajunt, ova corpore glanduloſo increſcente decreſcere, & abſumi ſcripſerunt; ipſe quidem alterum ovarium in corpus luteum evaſiſſe nullis, aut pauciſſimis veſiculis duas veſiculas inſigniter turgentes obſervavi in quodam luteo, ut ita dicam, ovario, alias plures uſque ad viginti, & ultra, etſi corpus luteum non leviter

tur-

turgeret. Vidi non raro, quod tumente altero ovario ob corpus luteum, & vesiculas sat copiosas, alterum exiguum esset, & veluti extenuatum, idque saepius contigit: quae in ovario sunt reliquae vesiculae, luteo ut plurimum adjacent corpori, aliquas vidi, ut singula enarrem, ipsi papillae inhaerentes; memorata papilla saepissimae ad verticem foraminulo, quod usque in fundum corporis lutei continuatur, ductum ideo, seu canalem efformans, perforatur. Hujusmodi canalis membrana fit subcinerea, aut albida, cujus appendices in latera sparguntur, affiguntur que, seu continuantur eidem membranae exteriori corporis lutei. Non autem raro hujusmodi membrana vix apparet, aut etiam deficere videtur, vel etiam nullo pacto pertusum observatur luteum corpus, etsi per axim excisum cavitatis, ceu sinuli, qui nisi potius distrahendo fiat, in ipso, ut ita dicam, parenchimate vestigium videatur. Quandoque per tubum aëre quodam modo distendi poterat corpus luteum, compressum liquorem limpidum, mox magis crassum, subcinereum, aut leviter croceum extillabat. Nunquam vero cavitatem adeo patentem, & amplam invenimus, quae pisum posset continere, ut asseveravit Malpighius.

Hujusmodi corpus frustulis, & quasi lobulis componi scripserunt, structuram ipsius renibus, ut vocant, succenturiatis comparabant, varicosis propaginibus lutei corporis conflatam, quasi adipis minima frustula. Dum haec scribo plusquam triginta corpora glandulosa alia recentia, alia macerata, alia in frustula excisa ob oculos habeo, atque ut potius dydymo comparem analogiae cujusdam ratione adducor: diviso itaque per axim verticalem, aut transversim corpore luteo conicas mamillas, strias, seu appendices utraque facie planas video, quae ex tota circumferentia obtusa cuspide in communem longitudinalem caveam vergant. Hujusmodi mamillae ex vasculis tenuissimis, mollissimisque fiunt, quae crispata ad invicem per longitudinem cumu-

 lantur

lantur in ipsius mamillae fabricam ; quando vero per corporis lutei longitudinem membranosus ductus protenditur, ille, inquam, expansionibus suis lateralibus mamillas eas firmat, & devincit, ut fila ea, quae a tunica testium albuginea, eorum compagem pervadunt, & fasciculos vasorum seminariorum sustinent, & uniunt; microscopio examinata tenuissima longitudinalia harumce mamillarum fragmenta eamdem, ac ea, quae testium sunt, fabricam quodammodo exhibent, crispata nempe sunt, cava, turgentia, & liquido farcta: injiciens per arteriam spermaticam tenuissimam gummi solutionem in alcohol, seu vernicem, hujusmodi mamillas pervadisse non semel, etsi multa cum difficultate vidimus, atque vasculorum, quae sanguineorum propagines essent, elegantissimae myriades observabantur; hinc ex iis ipsis spermaticis vasculis corpus luteum educi suspicabar, quamquam, si ingenue fatear, usque in ipsa lutea vascula injectionis materiam nunquam penetrasse viderim.

Nonnulli Anatomici in nuper foecundatis phlogosi correpta observaverunt ovaria, eorumque vesiculas. Quid si jam pridem factum fuerit? Non equidem per eam temporis brevitatem excitari adeo facile credimus, tum propterea quod ipse uterus non leviter immutetur. In junioribus ovaria intus intertexta videntur confertissimis vasculorum, ita dicam, manipulis, quae in puellis, quibus mammae sororiari, & caetera pubertatis signa sobolescere incipiunt admodum rubent, & veluti florescunt; nonnullae ipsorum tenuissimae propagines circa vesiculas producuntur; verum e profundo ovarii villi nonnulli lutei germinare videntur, qui graminis adinstar, ut Malpighiana phrasi loquar, vesiculis iis circumducuntur, nec quidpiam referunt, quod cum luteo corpore comparari possit, hinc vero mira celeritate in papillas, seu penicillos luteorum vasculorum cumulantur, quae veluti papulam effingunt, atque illinc vesicula minus apparet, flosculos diceres florescentes, glomerantur, cumulanlanturque ſenſim magis, magiſque, atque ſoliditate non minus, quam amplitudine creſcunt.

Vidimus interdum ab aliquo corpore luteo, alteram veluti appendicem, ſeu apophyſim pullulare; non erat alterius corporis nimium producta papilla, ut primum ſuſpicatus eram, at quidem connatum corpus ejuſdem ſtructurae, hinc mecum ipſe meditabar ex iis, quae primum ſpectaveram, & ex aliis an veſiculae in hanc maſſam evaderent, extus, aut intus ſuccreſcente luteo tomento, aut recens ſine his germinaret. Plenitudo ipſorum, defectus reſidui folliculi, me in hanc potius trahebant ſententiam; tum praeſente pleno, perfectoque corpore luteo, alia eorumdem rudimenta vidiſſe viſus ſum, quae non ita circum veſiculam, veluti penicilli pulpoſi imagine germinarent, nec alium germinationis modum referrent, ac flos, aut gemma in plantis. *Ante conceptionem*, inquit Cl. Hallerus *plerumque naſcitur, ſenſim circa veſiculam aliquam ovarii coagulum flavum, ſaepe a me viſum, quod valde auctum, circum natum membranae veſiculae, abire videtur in hemiſphericum, acinoſum, luteum corpus intus cavum, & in ea cavitate, quantum videtur, continens ovulum, ſive membranulam minimam cavam, ſedem futuri hominis.* Prim. Lin. Phyſiol. edit. 2. pag. 545. §. DCCCXXV. Eae Halleri obſervationes noſtras non ſolum comprobant, imo etiam anteceſſerunt, neque eas renovare auſus eſſem, niſi idem Clariſſimus Auctor in eodem paragrapho, imo in eadem linea adjunxiſſet, *quod ea corpora in foemina poſt conceptum primum adparent*, quam ſententiam iterum, atque praeciſe tranſcripſit ad finem §. DCCCLVII., quae tamen poſtrema verba deficiebant in eodem paragrapho primae editionis.

Corpora igitur glanduloſa non ſemper eamdem plenitudinem aſſequuntur, incrementi vero rationem quamdam tenent; duo aeque perfecta in eodem ovario, aut unum in utroque nunquam inveniſſe diximus. Incidimus foemina e

cada-

cadaver, quae gemellos enixa erat, ſolitarium globoſum, terminatum comperiebamus. Hae moliem ſuam aſſequuta turgent, & duriuſcula ſunt, altera molliora flacidiora; illa intenſe crocea, vel etiam rubent, atque in his vaſculorum ordo nitidior apparet, vaſculorum, ſeu inteſtinulorum inquam, quae corporis lutei compagem faciunt, altera ſublutea, pallida ſubcinerea, pulpam, cujus ſtructuram non tam facile diſtinguimus, perhibent. Caeterum per geſtationis tempora magis, vel minus celeriter decreſcunt, donec in exiguiſſimam molem evadant, ceu in granula, vel maculas minimas, quae quidem & in provectis mulieribus, quae jam a multis annis utero nihil geſtarunt, intenſe luteae, quandoque apparent; papulae, quas ſuperius memoravimus, praecipue occurrebant, quando praeſentis geſtationis decreſceret, vel praeterita geſtatione longe magis decreviſſet. Veniamus jam vero ad uterum.

Ipſe quoque uterus ad concoeptionem praeparatur: ex veteribus Anatomicis Carolus Stephanus uteri vaſa ſanguinea deſcribens, haec eadem in papillas, quae Hipocrates *acetabula* nominabat, elongari ſcripſerat, eaque percipi poſſe, *non ſolum in praegnantibus, ſed etiam in iis, quarum uterus ad ſuſcipiendum ſemen aptus eſt*; confirmaverat Harveus, quam rem non modo neglexerunt Anatomici, imo etiam deſpexerunt. Ego vero jam ab anno MDCCXLVIII. cornua uteri vaccini, tuberculis hic, illic turgentia quandoque videram, quod idem cum ſaepius, iterumque vidiſſem, multa enim mihi ipſorum erat copia, non adeo facile morbi genus, quae mihi primum ſuſpicio obvenerat, eſſe credebam, nam neque durities, neque ſordes, aut ulcera morbi ſuſpicionem dabant; cogitavi poſtea, an acetabula eſſent, quae per puerperium decreſcerent, nam compreſſa humorem tenuem quidem, atque dilutum, at vero quodammodo lacteum interdum dabant.

Nactus ergo multam copiam uterorum pecudum, atque vaccarum, quae marem quidem erant passae, at nunquam evaserant foecundae, subductae porro jam fuerant a mare ab hebdomada, vel etiam mense; in iisdem ea quoque tubercula observare contigit, quorum nonnullis, quae majora essent, delectis post macerationem aliquot dierum in aqua, ejusdem esse structurae, ac corpora glandulosa utero gerentium comperi, idem observavi in cuniculis, quas ipse domi servaveram: papulas primum spongiosas, quando minima sunt, referre videntur, quae quidem papulae novam excitatam fabricam demonstrant, si cum reliqua uteri interna superficie comparentur, rubent, atque in aqua diu maceratae, tubercula videntur spongiosa elegantissimo reticulo tecta, e cujus areolis villi quidam, seu villosa lanugo emergit; reticulum illud cum interna uteri membrana continuari conspicimus; villi e profundo emergunt, neque eadem structura continuatur in reliquis uteri areis (de quadrupedibus loquimur), e quibus nulla eminent acetabula. Hujusmodi reticulum in acetabulis pecudum, quae adinstar calicis sunt excavata, non ad oram, sed non nihil profunde observatur, in vaccis vero in foraminulis spongiosae substantiae intromittitur, atque nisi distrahendo, rumpendoque adesse noscimus.

Bestiae quadrupedes, quae menstrua non patiuntur, si libidine aestuent, sanguinem e vagina extillant, atque catula aestu libidinoso furens, neque dum a mare compressa sanguinem sat copiosum emittebat; itemque in ejus utero per varia cornuum loca septem distinctissima, variaeque amplitudinis corpuscula inde repereram, quae acetabulorum rudimenta viderentur, mollia erant, spongiosa, rubella, e quibus tamen serum potius lactescens pressione exprimebatur; vasa ad ea corrivabant sanguine turgida, in iisque confundebantur.

In mulieribus, priusquam concoeperint, nihil profecto hujusmodi observavisse ingenuus fateor; Clarifs. Morgagnius sinus demonstravit, e quibus sanguis menstruus extillaret; eos ampliores utpote sanguine turgidos, instantibus catameniis, semper comperimus, atque compresso utero potius per oblongos hiatus, quam per vasculorum foramina sanguinem exstillare observavimus; rubet, turget uterus ob aestum venereum, nihil ultra immutatum ante conceptum revera vidimus. Porro tamen propria vi mutari ex eo deducimus, quod cum non semel mulieres aperiremus, quae primis graviditatis hebdomadibus obierant, etsi ovum utero nullibi adhuc dum adhaereret, nihilo tamen minus, alicubi magis turgere uterum, & sinus magis patulos, longius productis tumidis labris, observabamus, ceu veluti designatum locum, ubi placenta tandem infigi, & adhaerere deberet. Idem observavimus in utero vacuo cum conceptus esset in tuba sinistra, ut, inquam, propria vi immutari uterum dicamus, ceu non ex solo placentae contactu. Erat in eo loco pusillus foetus, turgebat tuba crassis parietibus, atque vasis summe turgidis circumdabatur; uterus porro triplo erat naturali major, rubellus, turgidus, atque ad eum locum, ubi tuba illius lateris insinuabatur, per tres digitos transversos magis erat tumidus, atque in superficie interna sinus satis patulos habebat productis labellis crassis, atque non nihil tumidis. Longe tumidae erant arteriae spermaticae, atque instituta injectione, ceram plenis rivulis in uteri tumidi sinus penetrasse observavimus, quum eae arteriae, quando mulieres nihil in utero habent, ad eum tota naturali diametro perveniant, angustentur inde, ut tenuissimae in uteri substantia intercipiantur. Quid porro? foeminae nonnisi post purgationem concipiunt, atque si cesset, non amplius foecundae evadunt; mulieres ultra quinquagesimum annum menstruantes pepererunt, praecoces hujusmodi purgationes in puellis praecoces reddunt foecundationes.

Har-

Harveus mucosá filamenta describit , quae ab ultimo , seu superiore cornuum angulo ducta , simulque inde juncta, membranosam, ac mucilaginosam tunicam, seu, ut ajunt manticam, vacuam vero, ceu nullo occupatam embryone efficerent. Equidem embryonis membranas tamquam ex muco compaginari amplissimis Anatomicorum observationibus ediximus. Semel in scropha, in qua luculenta occurrebant uteri acetabula, mucosam, sanguinolentam telam observaveram, per totam uteri amplitudinem perfusam, nec ullam minimam compactam substantiam, quae pro embryone, vel minimo sumi posset, occludentem; in aqua neque solvebatur, & adinstar membranae natabat, & expandebatur facillime citra rupturam, crassam, mucosam, spongiosamque telam dixisses, quae passim rubebat papulis, seu maculis sanguineis. Etsi per quam attentum in hujus uteri anatome me praestiterim, non potius Harvei observationem confirmare intendo, quam Anatomicorum diligentiam excitare, ut in iisdem insistant; Harveus enim tanta observandi opportunitate, atque diligentia observationes suas adauxit, ut hae negligi quidem non debeant; atque ut ipse fatear quod recogito, postremae, quas in ovibus, & vaccis institui observationes, a communi sententia me non leviter deturbarunt, ut generationem multiplici patium apparatu promoveri, foveri, & perfici crediderim; dubium observationes excitarant; eaedem aliquando fortasse absolvent, si porro operis modos sequamur.

Equidem placenta, quam partem organicam tandem conspicimus veluti ex muco fit. Primis gestationis temporibus ab utero delapsum ovum mucosa substantia sanguinolenta circumquaque obvolutum videtur: hujusmodi placentam Ruyschius sanguinem praeter naturam concretum existimaverat; at vero si aqua dissolvatur, fibrosam permixtam texturam observamus; quam Clariss. Albinus nitide resolvit; quo magis placentae organica structura adolescit, eo

P soli-

ſolidior videtur, mucoſa, villoſa fit ſubſtantia, elegantiſſimum muſcum refert, vaſcula fiunt ſenſim majora, ſolidiora, e quibus funiculus tandem umbilicalis educitur. Perpendite quemadmodum habitis proportionibus adaucta placentae ſoliditate, amplitudo decreſcat, pulpoſam tamen ſemper retinet mollitiem, vel ſolubilem ſaltem, atque ſpongioſam, reliqua membranarum pars, ſuper quam non adcrevit placenta, mollis celluloſa, mucoſa, glutinoſa inquam ſupereſt ex ea facie. Modo huic, modo illi ovi plagae (deſuper ipſum uteri orificium offendimus) in mulieribus adhaeret, dum tamen foetus in membranis eumdem ſemper ſitum tenet, ne dicamus ex ovi inclinatione fieri; funiculus umbilicalis non ſemper ab eadem placentae plaga prodit, quod iſta vegetationis inquam modum non ſemper eumdem tenet, aptatur autem aptae uteri plagae, etenim in beſtiis, quae diſcreta habent, & uteri cornubus propria acetabula, cotyledones omnino reſpondentes numero habent, ſitu, atque figura; exceſſum, aut defectum ullum numquam obſervaſſe contigit; longe tamen diverſa eſt cotyledonum, & acetabulorum ſtructura, quemadmodum & partium, quibus adnaſcuntur, ut cauſſa, quae alteros efficit, non eodem pacto altera componat, etſi ſucceſſive fiant; eſt tamen utrorumque ſtructura elegantiſſima, adeoque inquam diverſa, ut per contactum fieri, nequidem ſuſpicari poſſimus, itidemque longe variant inter ſe, ex variis animantium ſpeciebus, & in eiſdem animantibus harum partium numerus, & figura multum variat, etſi ſemper ſibi ad invicem reſpondeant; placenta inquam ipſa humana non per totam ſuperficiem ſuam aeque adoleſcit, per cumulos diſtinctos pleniores, ampliores, vividioreſque compaginatur, & in cotyledones aeque reſolvitur.

# SUITE DES RECHERCHES

## *Sur le fluide Elastique de la Poudre à Canon.*

## PAR LE CHEVALIER SALUCE.

1. JE crois d'avoir asés prouvé dans le Mémoire précédent que le fluide élastique qui se développe de la poudre à Canon est de même nature que l'air commun, & que la force prodigieuse de ce fluide dépend de l'action du feu dans toutes ses parties qui lui fait recouvrer sa force élastique. Comme cependant cette matiére est une de plus intéressantes dans la Physique, je tacherai de perfectioner de plus en plus le travail que j'avais entrepris, en y ajoutant des nouvelles lumiéres qui serviront non seulement à confirmer la Théorie que j'ai établi, mais encore à lui donner une plus grande étendue.

Je vais donc exposer les principaux résultats de mes recherches. Les expériences sur l'élasticité, & sur la compression du fluide, que je n'avais qu'imparfaitement tenté comme je l'ai dit (*a*) & que j'ai tachê de répéter soigneusement, serviront avec l'annalise de quelqu'autres faits à mettre hors de doute ce que j'ai déja avancé; je passerai ensuite à faire voir que la force du fluide dépend principalement de la vitesse avec laquelle il se développe: les expériences qui suivent remplissent la prémiere de ces vues.

2. Je formai le tube de comunication entre le flacon ou je mettais la poudre, & le récipient, de cinq cilindres de verre assés longs; celui qui tenait au flacon l'était même d'avantage, afin que le fluide pû se dilater dans un



(*a*) Voiés la notte * du mém. pag. 6.

plus grand eſpace ſans trouver le moindre obſtacle (*b*); je les garnis chacun d'un double filtre de gaze bien ſerrée, & j'en enduiſis les quatre prémiers de bonne huile de tartre: je paſſai dans les tubes auſſi du coton trempé dans la même huile, & je mis du ſel de tartre pilé groſſiérement ſur le filtre de la piéce qui entrait dans le récipient; le baromètre recourbé finiſſait en forme d'entonnoir vers la partie qui comuniquait avec l'air extérieur, & l'autre extrémité entrait dans un petit cilindre qui tenait à un robinet, lequel paſſait dans le récipient en traverſant la plattine de la machine pneumatique. Toutes les jonctions furent ſoigneuſement maſtiquées, & j'opérai enſuite de la même maniére que dans l'expérience (3. du mém.): le mercure était preſque à la hauteur de 27 pouces lorſque la poudre prit feu, en ſorte qu'il ne ſerait reſté dans ces cavités qu' $\frac{1}{2}$ pouce d'air environ, il baiſſa au prémier inſtant de dix à douze pouces, & après quelques oſcillations qui diminuaient par dégrés le mercure commença à monter, & ne diſcontinua qu'après quelque tems; s'étant arrêté à un, ou à deux pouces plus bas qu'il n'était au moment que la poudre s'enflamma; je reconnus alors que le fluide avait aquis la température de l'air ambient, & je notai le point d'élévation à l'accoûtumée.

3. Je plaçai enſuite ce baromêtre d'épreuve à côté d'un autre exactement conſtruit ſuivant la métode donnée (com. pag. 16.) afin de pouvoir comparer les changemens, & eſtimer la cauſe des altérations qui pouvaient ſurvenir; je le gardai ainſi durant ving-trois jours ſans qu'il m'ait été poſſible de découvrir que ce baromêtre eut ſouffert d'autres change-

(*b*) Il m'eſt toujours arrivé de voir briſer mes vaiſſeaux lorſque le tube étant trop court, le filtre ſe trouvait prés du flacon, ou lorſque étant dans l'obligation de plier le tube, la courbure n'était pas aſſés eloignée du flacon. Mr. Halles dans ſon Appendice à la ſtat. des végét. nous apprend qu'il prit auſſi cette précaution. pag. 341.

changemens que ceux qui dépandaient des variations de l'atmoſphére: je crus enfin inutile de le garder plus long tems puiſque je n'avais pas la moindre indication d'abſorbtion, d'autant plus que Mr. Hauksbee nous apprend, comme je l'ai déja dit, que les $\frac{19}{20}$ dont il fait mention fûrent abſorbés dans 18 jours ſans avoir ſubit enſuite aucune variation. Le vingt-quatriéme jour pour déterminer les lois de la compreſſibilité de ce fluide j'ai verſé à plusieurs repriſes dans la jambe ouverte différentes quantités de vif argent, & ayant obſervé les diminutions de l'eſpace je trouvai que le degré de compreſſion était préciſément en raiſon des poids ajoutés (*c*).

4. La concluſion que j'ai tiré de mes expériences eſt ſans contredit très-ſimple, & naturelle; & on doit acquieſcer d'autant plus volontiers que tous les réſultats concourent à la démontrer. Je ſuis pourtant d'avis que quoique l'air ſoit le grand agent qui produit les effets de la poudre, il exerce cependant dans cette rencontre au prémier inſtant une force plus expanſive que s'il était parfaitement ſec: car l'on ſait qu'un air humide peut ſe dilater d'avantage, & qu'il ſe trouve en effet de l'humidité dans le ſalpêtre, ainſi que dans tous le ſels criſtalliſés: il eſt pourtant clair, par ce que nous avons vû, que l'humidité n'a pas grande part dans les effets de la poudre, & ceci ſera encore plus clairement prouvé dans la ſuite. Au reſte quelque ſoit l'effet que peut produire l'humidité qui ſe développe d'une poudre donnée on ne ſaurait la déterminer préciſément ſans en connaitre exactement la quantité: on pourrait peut-être l'obtenir en brûlant cette poudre dans un flacon, qui fut ma-

(*c*) Je crois de devoir avertir ici que les colonnes de mercure que j'ai ajouté dans le tube ſuſdit ſe trouvaient contenues dans l'eſpace cilindrique, de ſorte que l'entonnoir que j'avais appliqué pour avoir une quantité ſuffiſante de mercure, lorſque je faiſais le vuide dans la jambe oppoſée, ne me ſervait en cette occaſion que pour me faciliter les opérations.

maſtiqué à une ſile de balons ; on aurait alors cette quantité en entier par ſa condenſation. Je ne crois pas d'ailleurs qu'il y eut une méthode plus ſûre pour dénoüer cette queſtion ; car outre qu'il eſt fort difficile de ſavoir parfaitement combien chaque compoſant contient d'eau, quand même on en ſerait aſſûré, il ſerait encore queſtion de déterminer combien en retiennent les ſels neûtres, que l'on trouve après l'inflammation ; ce n'eſt pas un point à negliger, puiſqu'on ſait que les ſels qui ſe criſtalliſent en contiennent une quantité conſidérable ; l'umidité donc qui ſe trouve dans les compoſans, ou dans la poudre même êtant connue, on ne ſerait nullement illuminé ſur l'accraiſſement de la force expanſive qu'elle apporte à l'air.

5. Du reſte ſi l'eau que contient la poudre ſe développait en vapeurs dans le tems de l'inflammation, il eſt viſible que non ſeulement elle produirait toute ſeule les effets de la poudre, mais encore des bien plus grands, puiſque Mr. Muſchembroek a trouvé que l'eau qui ſe reſout en vapeurs a alors pour le moins une force onze fois plus grande qu'une égale quantité de (*d*) poudre ; une onziéme donc, c'eſt à dire une quantité bien petite de l'eau qui ſe trouve en effet dans la poudre, ſuffirait pour produire tous ſes effets, de façon que l'air n'y entrerait plus pour rien, ce qui eſt abſolument contraire à ce que j'ai fait voir & qui ſe trouve encore confirmé par l'autorité de pluſieurs Auteurs du prémier ordre.

6. Un Phyſicien renommé de notre tems prétend que l'air n'eſt pas ſuffiſant à produire tous les effets de la poudre je rapporterai ici ſes propres termes. *La (e) plûpart des Phyſiciens qui ont parlé de l'exploſion de la poudre ont attribué ce merveilleux effet uniquement à l'air qui s'y trouve comme incorporé par l'action des pilons, & à celui*

(*d*) Eſſai de phyſ. §. 873.
(*e*) Leçons de phyſ. expérim.

*celui qui remplit les petits espaces, que les grains rassemblés comprennent entr' eux... . ....... Ces raisonnemens doivent sans doute entrer dans l' explication des effets de la poudre enflammée, & je n' ai garde de les contester : mais je ne les crois pas suffisans, & je pense qu' il faut y en ajouter quelqu' autre &c.* Je tenterai de développer les raisons qu' il apporte en les comparant aux autorités sur lesquelles il les appuye. Quant aux vapeurs qu' il associe à l' air auxquelles il attribue la vertu d' avoir contribué à faire baisser l' eau dans le tube de Mr. Bernoulli comme on peut le voir par ses propres expressions. *N' est-on pas tenté de croire, que dans le tuyau de Mr. Bernoulli il reste après l' inflammation quelque vapeur qui augmente un peu le volume de l' air avec lequel il se mêle, & qui fait baisser la surface de l' eau ?* quelles qu' elles soient, il suffit d' observer que ce grand Géométre n' ayant déterminé cet abbaissement que quattre heures après le refroidissement du fluide (*f*) on ne peut plus emprunter le secours d' aucune espéce de vapeur pour rendre raison du fait ; car il ne nous est pas encore donné de en connaître d' aucune sorte qui n' aquiére dans

(*f*) Mr. Bernoulli nous aprend qu' ayant mis le feu dans un tube au moyen d' un miroir ardent, à quattre grains de poudre, l' air qui s'en développa chassa l' eau hors du tuyau, après quoi elle remonta jusqu' à ce que le fluide eut acquis la température de l' air ambient, & s' arrêta ensuite trois ou quattre heures après; il mesura alors l'espace occupé par le fluide, & il le trouva capable de contenir 200 de ces grains, ce fait, & quelque réflexions qu' il y ajoute, lui font déterminer l' air contenu dans la poudre cent fois plus dense qu' il est dans son état naturel.

On peut remarquer en prémier lieu qu' il fait sentir, qu' à l' occasion de l' explosion l' eau fut poussée avec tant de violence que si le tube n' avait pas été bien long, non seulement l' eau, mais l' air même en aurait été entiérement chassé. *Adeo ut nonnunquam, nisi portio tubi sit satis longa, per orificium, non solum omnis aqua, sed aër expelli possit.* On peut noter en second lieu que Mr. Bernoulli n' a donné que l' espace absolu de quattre heures après que l' eau s'était arrêtée, ou comme il dit, après le réfroidissement du fluide, & qu' il ne tient aucun compte de l' absorbtion des vapeurs sulfureuses pendant ce tems. *Proinde res ex voto successit; ideoque machinam immutatam in priorem locum temperatum transtulimus,* dans un aussi long espace de tems sa condensation naturelle, lorsque la cause qui avait produit sa dilatation a entiérement cessé.

7. Quoique cet Illustre Auteur ait cherché par là de donner une explication du résultat que Mr. Bernoulli rapporte dans sa dissertation *De effervescentia, & fermentatione*, insérée dans le pr. Volume de ses oeuvres à la pag. 35., on voit cependant qu'il a quelque doute sur cette expérience comme ses paroles semblent l'indiquer. *Je sais bien* dit-il *que Mr. Bernoulli cité par Varignon ayant mis le feu &c.* (g) . . . . . . . *& je conviens que cette induction s'il n'y a rien à rabattre donne beaucoup de force à l'opinion de ceux qui attribuent à l'air seul les grands effets de la poudre. Mais comment accorder cette expérience avec celles de Mr. Halles, d'ou il conclut avec toutes les apparences de vérité, que les matiéres sulfureuses que l'on brûle absorbent l'air.* Il est pourtant sûr que l'espace des deuxcent grains n'est pas exagéré, & qu'il est au contraire fort au dessous de ce qu'il aurait été sans l'absorbtion des vapeurs sulfureuses, mais l'on voit assés que ce n'est qu'en conséquence de la persuasion ou il était par sa Théorie *a priori*, que *l'air ne suffit pas &c.* qu'il a avancé, que *dans le tuyau de Mr. Bernoulli* il restait *après l'inflammation quelque vapeur qui* augmentait *le volume de l'air &c.* & qu'il trouve de la difficulté à accorder cette expérience avec celles des Mr. Halles, il me parait cependant qu'elle ne porte pas coup à celles ci, à moins que l'on ne craie que Mr.

*stulimus, ubi aquam in tubo sensim rursum ascendere observavimus, nimirum ob duplicem causam, tum ob translationem ex loco calidiori in frigidorem, tum ob subito incensum ignem iterum extinctum, tamdiu, inquam, ascendit aqua, donec tota machina refriguisset, & pristinum statum, induisset; tum demum amplius non ascendit, sed quievit, etiam per tres, vel quatuor horas, quamdiu in isto statu permittebamus; sic itaque advertimus, non ad priorem terminum usque ascendisse, sed notabiliter infra limitem posuisse . . . . . . ., sed prout judicavimus ducenta granula pulveris pyri vix adimplevissent spatium.*

(g) Voiés la note ci devant.

